

# ORDO

DIVINI OFFICII RECITANDI MISSAEQUE CELEBRANDAE

AD USUM

PER IN SIGNIS BASILICAES METROPOLITANAES  
TOTIUSQUE

## ARCHIDIOECESIS VILNENSIS

IUSSU ET AUCTORITATE EXCELLENTISSIMI,  
ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

## ROMUALDI JAŁBRZYKOWSKI

S. Th. M.

ARCHIEPISCOPI METROPOLITANI VILNENSIS,

AD NORMAM

CALENDARI ECCLESIAE UNIVERSALIS  
ET ARCHIDIOECESANI, ANNO 1914 a

S. SEDE APPROBATO.

---

PRO ANNO DOMINI  
MCMXXVIII.

---

1928.

EX CUDEBAT OFFICINA TYPOGRAPHICA JOSEPHI ZAWADZKI VILNAE.

## Tabella Temporaria.

|                            |       |
|----------------------------|-------|
| Littera dominicalis        | A. g. |
| Littera Martyrologii       | h.    |
| Aureus numerus             | 10.   |
| Epactae                    | VIII. |
| Indictio romana            | 11.   |
| Dominicae post Epiphaniam  | 4.    |
| Dominicae post Pentecosten | 26.   |

## Festa mobilia.

|                        |           |
|------------------------|-----------|
| Dominica Septuagesimae | 5 Febr.   |
| Dies Cinerum           | 22 Febr.  |
| Pascha Resurrectionis  | 8 Apr.    |
| Ascensio Domini        | 17 Maij.  |
| Dominica Pentecostes   | 27 Maij.  |
| SS.mi Corporis Christi | 7 Junii.  |
| SS.mi Cordis Jesu      | 15 Junii. |
| Dominica I Adventus    | 2 Dec.    |

## Quorundam signorum in hoc libro adhibitorum explicatio.

(M. P. — f. s.) — Missa pro parochianis — Festum suppressum.

(MP) — Missa pro parochianis.

\* appositus ad nomen Sancti — in Canone Missae inclinando caput pronuntiando ejusdem nomen.

DV. vel D. — Permittuntur Missae privatae pro Defunctis et Votivae vel tantum pro Defunctis.

(O. C.) omittuntur collectae sive orat. imper.

Feratio de praeecepto designatur litteris majusculis.

\* Feratio vi consuetudinis.

In. Var. — In lib. „Variationes et Mutationes“.

## De abstinentia et jejunio.

Can. 1250. Abstinentiae lex vetat carne iureque ex carne vesci, non autem ovis, lacticiniis et quibuslibet condimentis etiam ex adipre animalium.



Can. 1251. § 1. Lex ieunii praescribit, ut nonnisi unica per diem comestio fiat; sed non vetat aliquid cibi mane et vesperi sumere, servata tamen circa ciborum quantitatem et qualitatem probata locorum consuetudine.

§ 2. Nec vetitum est carnes ac pisces in eadem refectione permiscere; nec serotinam refectionem cum prandio permutare.

Can. 1252. § 1. Lex solius abstinentiae servanda est singulis sextis feriis.

§ 2. Lex abstinentiae simul et ieunii servanda est feria quarta Cinerum, feriis sextis et sabbatis Quadragesimae et feriis Quatuor Temporum, peregrinis Pentecostes, Deiparae in caelum assumptae, Omnium Sanctorum et Nativitatis Domini.

§ 3. Lex solius ieunii servanda est reliquis omnibus Quadragesimae diebus.

§ 4. Diebus dominicis vel festis de praeecepto lex abstinentiae, vel abstinentiae et ieunii, vel ieunii tantum cessat, excepto festo tempore Quadragesimae, nec peregrinilia anticipantur; item cessat Sabbato Sancto post meridiem.

Can. 1254. § 1. Abstinentiae lege tenentur omnes qui septimum aetatis annum expleverint,

§ 2. Lege ieunii adstringuntur omnes ab expleto vicesimo primo aetatis anno ad incepturn sexagesimum.

Interpr. Comiss. Auth. (d. 29 Oct. 1919 a.). Non est licitum ieunantibus manducare carnes plures in diebus ieunii.

## Nuptiarum solemnia.

Nuptiae solemniter celebrari possunt a d. 26 Decembris usque ad 21 Febr., a d. 9 Aprilis ad 1 Decembris et a 26 Decembris semper inclusi. Juxta Cod. Jur. Can. can. 1108. — § 1. Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest. § 2. Solemnis tantum nuptiarum benedictio vetatur a prima Dominica Adventus usque ad diem Nativitatis Domini inclusive, et a feria IV Cinerum usque ad Dominicam Paschatis inclusive. § 3. Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus liturgicis, etiam praedictis temporibus eam permittere ex justa causa, monitis sponsis, ut a nimia pompa abstineant. Quodsi nuptiae tempore clauso contractae fuerint, non concessa a loci Ordinario venia benedictionis nuptiarum, Missa cum propria benedictione differri potest ad diem, in qua extra tempus clausum, Missa pro sponsis vel ejus commemoratione permittitur, et tunc ipsae celebrari possint.

## Communio paschalis.

Juxta nostram consuetudinem ab III—mis ac R-mis loci Ordinariis approbatam Communio paschalis durat a Fer. IV Cinerum (22 Febr.) usque ad Dom. SS. Trinitatis (3 Junii).

## Elenchus festorum ac dierum, in quibus animarum Rectores Missam pro populo applicare tenentur.

- |                                |                              |
|--------------------------------|------------------------------|
| 1. Omnes Domin. totius anni.   | 20. S. Laurentii Mart.       |
| 2. Circumcisio Domini.         | 21. Assumptio B. M. V.       |
| 3. Epiphania Domini.           | 22. S. Bartholomaei Ap.      |
| 4. Purificatio B. M. V.        | 23. Nativitatis B. M. V.     |
| 5. S. Matthiae Ap.             | 24. S. Matthaei Ap. Ev.      |
| 6. S. Joseph C. 19 Mar.        | 25. Ded. S. Michaelis Arch.  |
| 7. Annuntiatio B. M. V.        | 26. Ss. Simonis et Judae Ap. |
| 8. Feria II. p. Pascha.        | 27. Omnium Sanctorum.        |
| 9. Feria III. p. Pascha.       | 28. S. Andreae Ap            |
| 10. Ss. Philippi et Jacobi Ap. | 29. Immac. Conc. B. M. V.    |
| 11. Inventio S. Crucis.        | 30. S. Thomae Ap.            |
| 12. Ascensio Domini.           | 31. Nativitas Domini.        |
| 13. Feria II. p. Pentecost.    | 32. S. Stephanii Protom.     |
| 14. Feria III. p. Pentecost.   | 33. S. Joannis Ap. Ev.       |
| 15. Ss. Corporis Christi.      | 34. Ss. Innocentium Mm.      |
| 16. Nativ. S. Joan. Bapt.      | 35. S. Silvestri P. C.       |
| 17. Ss. Petri et Pauli Ap.     | 36. S. Patroni Regni.        |
| 18. S. Jacobi Ap.              | 37. S. Patroni loci.         |
| 19. S. Annae Matris B. M. V.   |                              |

## De Sacris Oleis.

Praeceptum renovandi Olea obligat *sub gravi*. Attamen, si novum Oleum haberi non possit, antiquo uti licetum est, si vero hoc non sufficiat, aliud non consecratum, in minori tamen quantitate, quam vetus, addere fas est. Idque saepius fieri potest, quamvis paulatim longe etiam maior quantitas addatur, quae ab Episcopo consecrata fuit initio, modo tamen in unaquaque mixtione minor sit parte, in quam infunditur. Novis habitis Oleis, vetera in ecclesia comburenda sunt. Si quod remanserat in ampullis, ponitur in lampadibus ecclesiae ante Ss. Sacramentum, ut comburatur. Reliquum autem, quod est in capsulis, cum bombyce, igne comburitur et cinis in sacrarium proiecitur. Olea Sacra conservanda sunt in suis vasculis argenteis vel stanneis, bene obturatis et mundis, in loco honesto, proinde in ecclesia vel sacristia et quidem sub clave.

## TABELLA PRO MISSIS VOTIVIS PRIVATIS.

| Missa Votiva        | Col.     | Missä              | Gloria               | Orationes                    | Praefatio              | In Fine Missae                |
|---------------------|----------|--------------------|----------------------|------------------------------|------------------------|-------------------------------|
| De SS. Trinitate    | Alb.     | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr.            | Prop.                  | Bened. D-no.                  |
| De Spiritu Sancto   | Rub.     | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr.            | Prop.                  | id.                           |
| De SS. Sacram.      | Alb.     | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr.            | De Nativ.              | id.                           |
| De Passione         | Viol.    | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr.            | De Cruce               | id.                           |
| De S. Cruce         | Rub.     | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr.            | De Cruce               | id.                           |
| De SS. Corde Jesu   | Alb.     | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr.            | De Cruce               | id.                           |
| De B. M. V.         | Alb.     | Propr.             | Omitt. nisi in Sabb. | 2 diei curr. 3 de Sp. Sanct. | Propr.                 | id. - in Sabb. Ite Missa est. |
| De Angelis          | Alb.     | Propr.             | Semper dicitur       | 2 et 3 diei curr.            | De Oct. vel de T.v.C.) | Ite Missa est.                |
| De Apostol.         | Rub.     | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr. b)         | Prop.                  | Bened. D-no.                  |
| De Sanctis          | Festi a) | Propr. vel de Com. | Omitt.               | 2 et 3 diei curr.            | De Oct. vel de T.v.C.) | id.                           |
| Pro quac. necessit. | Viol.    | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr.            | ead.                   | id.                           |
| Pro Infirm.         | Viol.    | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr.            | ead.                   | id.                           |
| Pro spons. præs.    | Alb.     | Propr.             | Omitt.               | 2 et 3 diei curr. c)         | ead.                   | id.                           |
| Pro Defunct.        | Nig.     | Ut in Missali      | Omitt.               | Ut in Missali. d)            | Propr.                 | Requiesc. in pace.            |

Credo in Missis votivis privatis numquam dicitur.

In fine Missae leg. E. S. Joannis, nisi legendum sit de Fer. aut Vig.

a) Pro S. Joanne Bapt. et SS. Innocentibus color rubeus.

b) In Missis vot. Ss. Petri et Pauli, 3 or. Concede nos famulos.

c) Sed, si occurrat com. aliquiclus dupl., omittitur 3 or. de tempore.

d) In tribus primis Missis Defunctorum (sive cantatis sive lectis) unica oratio, in quotidianis vero tres or. (aut in Missis lectis plures, sed numero impares, in fine semper Fidelium), ut in Missali pro Miss. quotidiana, si Missa e celebretur pro defunctis in genere. Si vero Missa celebratur pro defuncto vel defunctis, certo designatis, prima oratio erit pro ipso (vel ipsis). 2 ad libitum, ultima semper Fidelium. In Missis cum una oratione et in Missis quotidianis in canto et conventionalibus addenda est sequent, in aliis ad lib.

## I. Regulae in Missae celebratione servandae.

1. Sedulo advertendum est ad materiam panis ac vini pro sacrificio Missae, ut sit valida. — Lumina in sacrificio Missae super mensa Altaris nonnisi ex cera esse debent. Candela ex stearina pro usu sacro prohibentur. Candela ex sevo confectae in Ecclesiis non permituntur; contrarius usus, durante bello inductus, eliminandus est.

2. De Missa in oratorio privato. Missa in oratorio privato, absque indulto Apostolico, prohibetur: 1º in solemnitatibus Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes; 2º in festo Assumptionis et Conceptionis Immaculatae BMV.; 3º in festis S. Joseph — Sp. BMV., et SS. App. Petri et Pauli; 4º in festo Omn. Sanctorum; 5º in ultimo triduo Maj. Hebdom. — ubi vero solemnitas quorundam festorum in sequentem Dominicam transfertur, Missa in oratoriis privatis permititur die, qua celebratur officium, non autem Dominicis, in quam transfertur solemnitas.

3. De Missa celebranda in aliena Ecclesia aut Oratorio Publico, vel semipublico. In alienis Ecclesiis vel oratoriis tam publicis, quam semipublicis, diebus Missas votivas vel de Requie impedientibus, Missa semper debet omnino convenire cum officio loci, non autem Celebrantis, salvo jure Missarum de feria vel vigilia, ceteris vero diebus, Sacerdos Missam celebrare potest Officio vel loci vel proprio conformem, more tamen festivo, vel de requie, vel votativa, vel etiam de occurrenti feria majori, aut de Sanctis. Item Calendario loci, non vero celebrantis, respondere debent Missae, quae celebrantur in capellis principaliibus Episcoporum, Seminariorum, Collegiorum, piarum communitatuum, hospitalium et carcerum. In alienis autem oratoriis privatis et in oratoriis secundariis piarum communitatuum recte adhibetur Calendarium Celebrantis.

4. De Missa Votiva solemni pro re gravi. Missa haec esse potest de SS. Trinitate, de Spiritu Sancto, de BMV., vel de quolibet Sancto, neconon pro quacumque necessitate ceterisque indigentibus, ut in Missali adnotatur. Res porro gravis, ob quam licet Missam illam decantare, praesto est, quando implorandum sit divinum auxilium in urgenti aliqua necessitate, aut gratiae agendae pro insignibus beneficiis obtentis; haec gravis causa semper approbanda est ab Ordinario loci. Haec Missa votiva solemnis prohibetur: in Dominicis 1 clas., in duplicibus 1 clas., Feria IV Cinerum, tota Majori Hebdomada, in vigiliis Nativitatis et Pentecostes, in Commemor. OO. Fidelium Defunctorum, et in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, die Purificazionis.

ficationis BMV. si fiat benedictio candelarum, in Litanii majoribus et minoribus, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae onus ureat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat. — Iстis diebus impeditis in missa solemini de die additur oratio Missae Votivae sub unica conclusione cum prima oratione, nisi obstet mysterii identitas, quamvis alia commemoratio fieri debeat; non vero in Comm. OO. Fidel. Defunct. et in duplicibus 1 cl. primariis Domini Universalis Ecclesiae, exc. feriis II et III Paschae et Pent., in quibus permittitur talis additio sub unica conclusione. — In hac missa Votiva dicitur unica oratio, nisi occur. dx. 2 cl., Dominica minor, feria major Rogat. aut vigilia privileg., quarum fit com.; si tamen Missa erit pro gratiarum actione, additur sub una conclusione oratio *Deus, cuius misericordiae.* Sumuntur *Gloria et Credo*, nisi missa celebretur in colore violaceo, *Credo* autem semper dicitur in Dominicis, etiamsi color violaceus adhibendus sit; tandem Prf. propria, si adsit, dicitur, et in fine solitum *Evang.* S. Joannis, nisi facta fuerit com. Dom. aut fer. major, quarum in fine legitur *Evang.*

5. De Missa solemini de titulari vel de alio festo transferendo, vel alias solummodo impedito, vel commemorato, aut de quocumque Sancto, cuius mentio fiat in Martyrologio. Si festum Patroni principalis, aut Tituli vel Dedicationis propriae Ecclesiae per accidens impediatur, de eo sua die permittitur una Missa cum cantu, vel commemoratio in missa cantata diei currentis, iisdem conditionibus, quibus permittitur Missa votiva solemnis pro re gravi, ut supra n. 4. — Idem servetur in Ecclesiis, ubi cum magno populi concursu, cuius rei judex erit Ordinarius, celebratur festum, quod transferri vel commemorari aut accidentaliter omitti debet, aut de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius mentio illa die fiat in Martyrologio. — Si in aliqua Dominica reponatur solemnitas externa festi Patroni principalis, aut Tituli aut Dedicationis propriae Ecclesiae, vel etiam Tituli aut Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, quod infra praecedentem hebdomadam occurrerit, cani potest Missa de solemnitate translata, et pariter de ea legi potest unica Missa, nisi occurrat Dominica major aut dx. 1 cl.; quo in casu in Missa de die additur oratio de solemnitate externa impedita, ut dictum est de Missa votiva solemni sub. n. 4. — de festis *dixm.*, *dx.* aut *sdx.*, impeditis sive perpetuo sive accidentaliter, dici poterunt Missae privatae ad libitum Sacerdotis, dummodo Officium impediens non fuerit dx. 1 cl., dx. 2 cl., Dominica quaevis, licet anticipata, vel etiam quoad Officium, reposita, Octava Epiph., Paschatis, Pentecostes, Corporis Christi, dies Octava privilegiata 3 ord., Feria aut Vigilia

privilegiata.—De quolibet Officio ad Laudes commemorato vel de Mysterio, Sancto aut Beato, cuius mentio illa die fiat in Martyrologio, dici possunt ritu festivo Missae privatae singulis diebus praeterquam in Officiis dx., in quavis Dominica etiam anticipata, vel licet quoad solam Missam primo reposita, in Octavas privilegiatis, toto tempore Quadragesimae, in feriis Quatuor Temporum, in feria 2 Rogationum et in qualibet Vigilia.

6. De Officio et Missa Titularis et Patroni principalis cujusque Ecclesiae et de Patrono secundario. In quibusvis Ecclesiis publicisque Oratoriis consecratis, aut solemniter benedictis, relativum Titularis festum quotannis celebretur sub ritu dupli 1 cl. cum Oct. communi a solo Clero Ecclesiis addicto circa Officium et Missam. Si oratorium solemniter benedictum caret Rectore, Octavarium reducitur ad solam Missam. Idem sub eodem ritu cum Oct. comm., recolitur Patronus principalis cujusque Paroeciae. Si vero festum Titularis aut Patroni principalis occurrit die vetito, transfertur in primam diem liberam. — Dies infra Octavam gaudet ritu simiduplici et praefertur festo simplici, officio de S. Maria in Sabb. et feriae communi. Dies autem Octava celebretur sub ritu dupli majori juxta Rubricas. — Octavae Titularium et Patronorum cessant a Feria IV Cinerum usque ad Dominicam in Albis, a Vigilia Pentecostes usque ad festum SS. Trinitatis et a die 17 Decembris ad Nativitatem Dom. semper inclusive.—Officium et Missa de Patrono secundario celebretur sub ritu dupli majori. Si impediatur ab alio Officio nobiliiori, commemoratur aut omittitur juxta Rubricas. Transferri nequit, nisi perpetuo fuerit impeditum.

7. De Missa votiva SS. Cordis Jesu. Prima cujusvis mensis feria VI-ta in ecclesiis et oratoriis, ubi peculiaaria exercitia pietatis in honorem divini Cordis mane, approbante Ordinario, peraguntur, licet celebrare Missam de SS. Corde Jesu. Haec Missa celebratur cum unica oratione, nisi occurrat festum *dx. 2 cl.* vel feria major, de quibus fit commemor. et de feria leg. ult. Ev.; in hac Missa dicitur *Gloria et Credo*, ad Introitum, Offertorium et Communione extra tempus paschale omittuntur *Alleluja* — Haec Missa prohibetur in festis Domini, in festo Purificationis BMV., in duplicibus 1 cl., in Vigilia Epiphaniae, feria VI in Parasceve, infra Octavas Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi et aliorum festorum Domini, si de eis fiat Officium, in Commemor. Omnium Fidelium Defunctorum, diebus festivis, etiam suppressis, in Ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus. — Prima feria sexta mensis Januarii incidente in diem secundam vel tertiam vel quartam ejusdem

mensis dicenda est Missa *Puer natus est nobis* de die 30 Decembris sine commemor. de Sacr. Corde. — Feria sexta post Octavam Ascensionis, si juxta Rubricas de ea fiat Officium et Missa, dicenda erit Missa de ipsa feria sexta cum iisdem privilegiis Missae votivae de SS. Corde Jesu.

8. De Missa votiva pro Sponsis. Missa votiva pro sponsis permititur quotidie per annum extra tempus clausum, nempe a Nativitate Domini exclusive ad feriam IV. Ciner. exclusive, et a feria II Paschatis ad Sabbatum ante Dominicam primam Adventus inclusive, et etiam tempore clauso, quoties Ordinarius loci ex justa causa benedictionem nuptialem permiserit. Prohibetur tamen: diebus Dominicis et festivis de praeecepto, etiam suppressis, in duplicibus 1 et 2 cl., in Vigiliis - privileg. Nativitatis Dom., Epiphaniae et Pentecostes, infra Octavas — Epiphaniae, Paschae, Pentecostes et Corporis Christi, in Commemor. Omnium Fidelium Defunctor., diebus Rogationum, si fiat processio, in ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus. — Haec Missa dicitur sine *Gloria* et sine *Credo* cum *Ben. D-no* in fine et *Ev. s. Joan.* aut Vigil. vel Feriae, si hujus facta sit commemor; tres dicuntur orationes; si vero celebretur in festo ritus duplicit, fiunt tantum commemorationes occurrentes et omittitur tertia oratio de tempore. Diebus ut supra impeditis etiam tempore clauso, si intercedat Ordinarii permisso, legitur Missa de die cum commemoratione pro sponsis sub unica conclusione cum prima ac post *Pater noster* et ante benedictionem orationes praefatae Missae propriae recitantur, praeterquam in commemor. Omnium Fidelium Defunct. in qua et Missa et oratio prohibentur.

9. De Missis votivis privatis. Missae votivae privatae legi possunt arbitrio sacerdotum, quandocumque Officium non est duplex, aut Dominicana. Haec Missa vot. dici potest de quolibet relato in Sanctorum Canonem, nempe de quolibet sancto cuius memoria fit in Breviario, aut in Martyrologio (col. festi, Mis. pr. vel de Communi, sine *Gloria* 2 et 3 or. diei curr. sine *Credo* Prf. pr. vel comm. vel Oct. vel de temp. *Ben. D-no*; dici vero non potest de Beatis, illis exceptis, de quibus concessum est Officium; nec de Tempore, nec de Mysteriis, si modo excipias Missam de Trinitate, de Spiritu Sancto, de SS. Sacramento, de SS. Corde Jesu, de Cruce et Passione. Quoad Missas votivas de BMV., legi tantum potest una ex quinque de Sancta Maria in Sabb., juxta temporum qualitatem, itemque Missa de Septem Doloribus BMV., et de Concepcione Immacul. Missa votiva de sanctis sumitur de Communi, nisi habeatur propria, mutatis tamen in utroque casu mutandis, prout temporis qualitas requirat. — Haec Missa prohibetur: infra

Octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis (non autem feria VI-a post Octavam), Pentecostes et Corporis Christi, toto tempore Quadragesimali, in fериis Quatuor Temporum, in feria II-a Rogationum, in Vigiliis, in fериis, in quibus anticipanda vel reponenda est Missa Dominicae, in Commemor. Omnium Fidelium Defunctorum, feria III-a Rogationum, si fiat processio, in Ecclesiis unam tantum Missam habentibus, die Octavae simplicis, etiа tantum commemoratae, et a die 17 Decembris usque ad 23 inclusive.

10. De Missis in Basilica Metropolitana. In Basilica Metropolitana, ubi adest obligatio chori, una tantum Missa cum assistentia Choralium semper celebretur, et quidem de Officio diei, nisi aliter Rubricae disponant. Aliae verolegantur post propriam Horam Canonicam. Excipiuntur tamen ab hac regula Missae de festo Nativitatis Domini neconon Mi-sa pro Pace celebranda tempore expositionis SS. Sacram, ob supplicationem Quadraginta Horarum. Excipiuntur pariter Missae in anniversariis Creationis et Coronationis Summi Pontificis, Electionis et Consecrationis seu Translationis Archiepis, in anniversario Episcopi defuncti et omnium Episcoporum aut Canoniconorum; omnesque Missae ex fundatione. — In omnibus fериis Quadragesimae et Passionis, et fериis Quatuor Temporum et in Vigiliis communibus, si fiat Officium de festo dupli 1 vel 2 clas. aut de Octava privilegiata Epiphaniae vel SS. Corporis Christi, Missa Conventualis in Choro, cum assistentia Choralium, dicenda est de Officio occurrenti post Tertiam, altera de Vigilia aut de feria legitur post Sextam, vel post Nonam extra chorū — In omnibus Litaniarum diebus, si fiat processio: a) in festo dupl. 1 et 2 clas. post Tertiam in Choro Missa de festo, post Nonam pariter in Choro Missa de Rogationibus; b) in aliis duplicibus Missa de festo et de Vigilia Ascensionis (in feria IV) extra Chorū, Missa vero de Rogationibus in Choro; c) si vero non fiat processio post Tertiam extra Chorū Missa de festo, post Nonam Missa de Rogationibus, sed in Vigilia Ascensionis in Choro post Sextam Missa de Vigilia cum commemoratione Rogationum.

11. De collectis in Missa. Oratio sive collecta imperata pro anno 1928 est sola oratio pro Papa (n. 4 inter "Oration. divers.") quae postulante necessitate, una ex orationibus: aut *Ad petendam pluviam* (Nr. 16) aut *Ad postulandam serenitatem* (Nr. 17), aut *pro Pace*, aut *pro quacunque tribulatione* (Nr. 13) substitui poterit. Orationes istae (nisi sint quasi pro re gravi praescriptae) omitti debent: 1) in duplicibus I et II classis (etiam in Missis lectis); 2) in Dominicis I et II classis; 3) in Fериis, Vigiliis et Octavis privilegiatis;

4) in Missa votiva pro re gravi et publica simul causa vel ad instar solemnium; 5) quoties in Missa, juxta Rubricas, jam quatuor dictae sunt Orationes, vel etiam quando 4-a or. est de SS-mo Sacram. Diebus, quibus praescribitur oratio pro persecutoribus Ecclesiae vel pro Papa, una ha- rum oratione utrumque adimpletur preeceptum. Collecta imperata nunquam sub una conclusione Orationi Missae adjungitur. Quoties or. imper. omittenda est, in *Ordine* signabitur (O. C.). — In Simplicibus et Ferialibus, nec non in Missis Votivis, Celebrans pro sua devotione adjungere potest orationem impari servato numero, dummodo comprehensis collectis imperatis, non excedat numerum septenarium. Orationi ad libitum pro diversitate temporum assignatae substitui potest collecta ab Ordinario imperata.

12. In anniversario propriae ordinationis sacerdotalis, a die fixa mensis computando, si Vigilia Nativitatis vel Pentecostes, Dominica Palmarum aut duplex I classis non occurrit, secus autem in proximiori sequendi die, quae a Duplice item I cl. sit libera, cuivis Sacerdoti licet, extra Missas Defunct. et post orationes a Rubricis prescriptas, addere orationem *Pro seipso sacerdote* (ut n. 20 inter „Orationes diversas“).

13. De Missis Defunctorum. Quoties Missae Defunctorum privatae dici possunt, indicabitur in *Ordine* notulis (DV. vel D.). *Missa de die obitus et depositionis* in Ecclesia, in qua agitur funus exsequiae etiam absente, rationabilem ob causam, vel jam sepulto cadavere, unica cantata, vel pro pauperibus lecta, *prohibetur* tamen: 1. in duplicibus I cl. primariis univ. Eccl. in festis Dedicationis ac Tituli Ecclesiae ipsius, in qua funus agitur, nec non Patroni principalis loci, et, pro Religiosis Institutis, in Festis Tituli aut sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, dummodo haec festa non fuerint eo anno quoad solemnitatem translatata, quo in easu prohibetur in Dominicis, in quibus agitur solemnitas externa festorum huiusmodi. 2. Ultimo triduo Major. Hebd.; 3. Durante expos. sol. SS. Sacram.; 4. Diebus Dominicis ac Festivis, etiam suppressis, necnon diebus S. Marci et Rogationum, si fiat processio, ac fer. IV Cinerum et Vig. Pentec. si fieri debeat Cinerum aut Fontis benedictio in Eccl. parochialibus unam tantum Missam habentibus. Quoties autem a rubricis, ut supra, haec Missa impeditur transferri potest in proximiorem sequentem diem, similiter non impeditam. — *Missa solemnis vel cum cantu vel etiam lecta de Requie, die 3, 7 vel 30 et Anniversaria ab obitu aut depositione, vel alia die a testatoribus determinata, vel die opportuniore post acceptum nuntium prohibetur:* in Dominicis et Festis de preecepto, etiam suppressis, in duplicibus I et II classis, in Vigiliis Nativit. D-ni, Epiph.

niae et Pentecostes, infra Octavas Nativit. D-ni, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, Feria IV Cinerum, tota Majori hebdomada, durante expositione sol. SS. Sacramenti, diebus Rogationum, si fiat processio, in Ecclesiis parochialibus, unam tantum Missam habentibus. Si haec Missa praefatis diebus sit impedita, anticipari vel transferri potest in proximiorem diem pariter non impeditam, dummodo in cantu celebretur. Item *infra Octavam Oo. Fidel. Def. Anniversaria late sumpta pro fidelium pietate celebrari possunt.* — Aliae *Missae pro Defunctis in cantu celebrari possunt, quandocumque Officium non est duplex aut Dominica. Prohibetur* tamen infra Octavas Nativit. D-ni, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi; Feria IV. Cinerum; tota Majori Hebdomada; toto Quadragesim. tempore, excepta in unaquaque hebdomada prima die libera a festo ritus duplicitis in feriis Quatuor Temporum; in feria II Rogationum; in Vigiliis; in Feriis, in quibus anticipanda vel repentina sit Missa Dominicæ; durante expositione sol. SS. Sacramenti; Feria III Rogationum, si fiat processio, in Ecclesiis unam tantum Missam habentibus. — In Missis privatis cum cantu celebrandis vel Conventualibus sine cantu, et in omnibus Missis, quae cum unica oratione dicuntur non omittitur Sequ. *Dies irae*, quae dici, vel omitti potest, ad libitum Celebrantis, in aliis Missis quotidianis. *Missae quotidianaæ Defunctorum sine cantu* iis tantum permittuntur diebus, in quibus fiat Festum semiduplex, Offic. de die *infra Oct. commun.*, de Feria VI post Oct. Ascens., de Feria majori Adventus, de S. Maria in Sabb., de Festo Simplici et de feria minori per annum, dummodo Octavæ privileg., Feriae Quat. Temp., Feria II Rogat., Feriae Antiphonarum majorum a die 17 ad 23 Decembris inclusive, aliqua Vigilia aut dies Octava simplex non occurant, nec primo resumenda sit Missa aliquius Dominicæ impedita. In Quadragesima Missae quotidianaæ Defunctorum sine cantu permittuntur prima tantum die cuiusque Hebdomadae libera, in qua nempe fiat de festo semiduplici aut de Feria non privilegiata. — In *Sacellis supulcreti*, rite erectis, vel etiam Ecclesiis aut Oratoriis publicis ac principalibus ipsius sepulcreti, Missam de Requie quacumque die dicere licet, exceptis tantum Festis duplicitibus I aut II classis, Dominicis ac Festis de preecepto, etiam suppressis, Fieriis, Vigiliis et Octavis privilegiatis.

14. De Missis Defunct. vi privilegii S. Sedis. Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus, sibi specialiter a S. Sede tributis, benigne Ill-mo ac Rmo Archiepiscopo Vilnensi pro gratia annuit, ut in Ecclesiis archidioec. Vilnen. Missae de Requie cum cantu duabus in quavis hebdomada diebus celebrari

possint. Quocirea notandum est: 1. Indultum esse *locale non personale*, id est: non cuilibet sacerdoti licere bis per hebdomadam vi praedicti indulti celebrare Missam de Requie, qui voluerit, sed in qualibet ecclesia duabus diebus per hebdomadam ab ejusdem Ecclesiae rectore assignandis, Missae in colore nigro etiam a pluribus sacerdotibus cantari possunt. 2. Dies vero pro praedictis Missis assignandi non sint: duplia I vel II class., festa de pracepto, Dominicæ, tandem Octavae, Feriae et Vigiliae privilegiate. 3. Numero duarum dierum per hebdomadam nil obstatre Officium inferioris ritus (*sdx. aut splx.*) eadem hebdomada occursent. Etsi igitur bis vel etiam ter eadem hebdomada Off. *sdx.* cedat, nihilominus tamen indultum pro reliquis duabus diebus officio duplici majori vel minori occupatis, valet. 4. Tandem Missa cantanda est *quotidiana*. — Or. 1-ma juxta intent. celebrantis, 2-da *ad libit.* 3-tia *Fidelium Deus et Sequentia*.

15. **Binatio Missarum.** Excepto die Nativitatis Domini et die Commemorationis Oo. Fidel. Def., quibus facultas est ter offerendi Eucharisticum Sacrificium, non licet sacerdoti plures in die celebrare Missas, nisi ex apostolico indulto aut potestate facta a loci Ordinario; unde nemo binare licite potest sine licentia Ordinarii expresse data, et quidem solummodo diebus Dominicis aut festivis de pracepto, quando notabilis fidelium pars uni Missae adstare non potest et deest alius sacerdos. Habitualis facultas binandi conceditur die Dominicæ Resurrectionis Domini eis parochis, qui soli in paroccia sunt ita, ut unam Missam summo mane statim post Officium Resurrectionis, alteram hora consueta celebrare queant.

## II. Quaedam ad cultum SS. Euchar. spectantia.

1. Lampas coram SS.-mo Sacramento ante Altare continuo ardeat est necesse; ad lampadem nutriendam coram SS.-mo Sacram. ardenter generatim utendum est oleo olivarum; ob varias tamen hodiernas difficultates nutritri potest haec lampas ex aliis oleis, quantum fieri potest, vegetalibus (SRC. 3121).

2. **Ritus in solemni et privata expositione SS.-mi Sacram.** ac cum Eodem benedictione strictissime observandus est hic, qui haud semel in Directorio Div. Officii (1905 et 1914 a.) tradebatur ac ab Ordinariis praescriptus est pro

archidioecesi nostra, excepto, quod omitti potest cantus versic. Ecce panis tenendo Ostensorium et similis ritus in cantu *Salvum fac sub finem Te Deum*, sc. celebans non debet versus ad populum tenere Ostensorium.

**Tabernaculum**, in quo asservatur Ss. Sacramentum debet esse omni alia re vacuum, nec in eo asservari possunt vasa Sacrorum Oleorum, vel Reliquiae, vel quidquam aliud. Super tabernaculo nunquam flores collocari possunt, nec figura Agni, sola crux excipitur. Intus debet esse panno serico albi coloris decenter contectum, vel etiam pannis aureis vel argenteis, vel etiam intus deauratum tantum.

**Clavis** tabernaculi nunquam relinquendus est in ostiolo tabernaculi, neque in altari, licet sub panno altaris absconditus, sed conservandus est aliquo tuto loco in sacristia; hoc requirit reverentia Ss. Eucharistiae debita, necnon periculum profanationis.

**Conopeum** seu velum ad instar tentorii, quo tabernaculum cooperitur, est obligatorium, neque a conopeo adhibendo excusat consuetudo contraria, quæ etsi adsit, servari non potest (SRC. in Briocen. 21 Jul. 1855 ad 10; 1 Jul. 1904; Rit. Rom. lit. IV, e. l. n. 6). Potest autem conopeum confici ex panno, sive gossypio, sive lana, sive cannabe contexto.

## III. Schema Officii Divini ordinandi.

**Nota.** In „Ordine“ litteris: **O.** (ordinarium), **S.** (solemne), **D.** (dominicale), **Sx.** (simplex), **F.** (feriale) indicatur, quomodo singulis diebus ordinandum sit Officium.

### O. — Off. Ordinarium.

(In festis dupl. major., minor. et semidupl.).

**Matutinum** — Invitat. et Hymus de Festo, (Propr. aut Com.). Antiph. Psalmi, Versus Nocturnorum . . . de Psalterio. Lect. I Noct. (cum Resp. de Tempore) de Script. occur. Lect. II et III Noct. . . . De Festo, (Propr. aut Comm.). *Te Deum*.

**Laudes, Tertia, Sexta, Nona, Vesperae.** Ant. et Pss. de Psalterio. Capitulum et reliqua de Festo, (Propr. aut Commun.).

**Prima Ant. et Pss. . . . de Psalterio.**

Lectio brevis . . . de festo (Cap. Nonae).

**Completorium** — Ant. et Pss. de Psalterio rel. Ordinar.

In semidupl. (exceptis infra Oct.) dic. **Suffragium** (T. P. Com. de Cruce) in Laud. et Vesp., **Preces** in Prima et Completorio.

**S. — Officium solemne seu festivum.**

(In festis Domini, BMV., Angel., Apost., festis I et II cl. et in Octav. privil.).

**Matutinum et Vesperae . . . de Festo (Prop. aut Comm.).**

**Laudes — Psalmi . . . de Dominica (ut in Psalm. 1 loco).**

**Antiphonae et reliqua. de Festo (Prop. aut Comm.).**

**Horae—Antiphon. et reliqua. de Festo (1, 2, 3 et 5 de Laud.).**

**Psalmi (ad Primam Deus in nomine) . . . de Dominica.**

**Reliqua . . . de Festo (Propr. aut Comm.).**

**Completorium . . . de Dominica (ut in Psalterio).**

**D. — Off. dominicale.**

Omnia ut in Psalterio et Proprio de Tempore ritu semiduplici, excepta Dominica in Albis, quae est ritus duplicitis.

In I Vesp. (et ad Compl.) omnia de Sabb. — In Adv. Antiph. de Laud. Dominicæ sequ., Capit. et Hymn. de Psalterio vel Proprio de Tempore.

**Suffragium** in Laud. et Vesp. (omittitur in Adv., Temp. Pass. et quando fit com. festi dupl. aut Octavae).

**Preces** in Prima et Compl. (omittuntur, quando fit commem. duplicitis aut Octavae).

Symb. *Quicumque* dicitur tantum in Dom. minoribus post Octavam Epiph. et post Oct. SS. Corp. Chr. (nisi fiat com. dupl. aut Oct.) et in festo SS. Trinit., in aliis Dom. non dicitur.

In Dom. a Septuag. ad Dom. Palm. sumuntur Pss. ad Laud. 2 loco, et in Prima loco *Confitemini* recit. *Dominus regnavit* et *Jubilate* (de Laud. 1 loco) Ant. propr. ad Laud. et Hor.

**Sx. — Officium simplex.**

(In Festis simpl., de S. Maria in Sabbato et in Octavis simpl.).

**Vesp., Compl., Laud. Horae, ut in Off. Ordinario 0.**

In Vesp. et Laud. (1 loco) dic. **Suffragium**, in Compl. et Prima **Preces** (exceptis Octavis simpl.).

**Matutinum—Invit. et Hymnus de Festo (Propr. aut Comm.).**

9 Ant. et Pss. (omisso 1 et 2 versu) . . . de Psalterio.

**Absolutio et Benedictiones** { de S. Maria de Proprio.

**Lect. 1 et 2 cum Resp. (in 2 Gloria Patri) de Script. occur.**

**Lect. 3 (cum Te Deum) . . . de Proprio.**

**F. — Officium feriale (et in Vigil.).**

**Matutinum — Invit. et Hymnus — de Psalt. aut Propr. de Temp.**

9 Ant. et Pss. (omisso 1 et 2 versu) . . . de Psalterio.

**Lect. (in Vigil. de Propr. Sanct.) cum Resp. . . ut in**

**[Propr. de Temp.]**

**Temp. pasch. Te Deum, excepta Fer. 2 Rogationum.**

**Laud. et Vesp. Ant. et Psalmi . . . de Psalterio.**

**Oratio pr. (aut Dom. praec). ut in prop. de Temp.**

**Reliqua omnia . . . de Psalt. aut Propr. de Temp.**

**Horae et Compl. — Psalmi (ad Prim. 4) de Psalterio.**

**Reliqua . . . de Psalt. aut Propr. de Temp.**

**In Prima Cap. Pacem. Temp. Pasch. Regi saeculorum.**

**Suffragium in Laud. et Vesp., extra Adventum et Temp.**

**Passionis. — Temp. Pasch. commem. de Cruce.**

**Preces feriales (In Laud., Hor., Vesp., Compl.). dic. in Feriis**

**majoribus (Adv., Quadrag., IV Temp. Septembri, Vigiliis**

**per annum), alias **Preces dominicales** (in Prima et Compl.).**

Pss. ad Laudes 2 loco (Fer. 4 etiam ultimi tres Pss. in

**Mat. — 2 loco) — Fer. major. et post Septuag.**

Et tunc in Prima post tres consuetos Psalmos additur **Psalmus primus e Laud. 1 loco.**

**III. De Officio Defunctorum.**

In Officio Defunctorum post Nocturnum cantandæ sunt semper Laudes, quae solummodo in die obitus aut depositionis, accidente rationabili causa, omitti possunt.— Absolutio *Libera me, Domine, si Missa in colore diei celebratur,* immediate post Officium et ante Missam cantanda est.

## Pro gratiarum actione.

Hymnus Ss. Ambrosii et Augustini.

(Dicitur vel canitur semper stando, etiam SS. Sacramento exposito; cantatur totus semper).

Te Deum laudamus: \* Te Dominum confitemur.

Te aeternum Patrem: \* omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: \* Tibi coeli et universae potestates.

Tibi Cherubim et Seraphim \* incessabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus \* Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt coeli et terra\* majestatis gloriae tuae.

Te gloriosus \* Apostolorum chorus.

Te prophetarum \* laudabilis numerus.

Te martyrum candidatus \* laudat exercitus.

Te per orbem terrarum \* sancta confitetur Ecclesia.

Patrem \* immensae majestatis.

Venerandum tuum verum \* et unicum Filium.

Sanctum quoque \* Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriae \* Christe.

Tu Patris \* sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, \* non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo, \* aperiuit credentibus regna coelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes \* in gloria Patris.

Iudex crederis \* esse venturus.

Te ergo quaesumus tuis famulis subveni, \* quos pretioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum sanctis tuis \* in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine, \* et benedic hereditati tuae.

Et rege eos, \* et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies \* benedicimus te;

Et laudamus nomen tuum in saeculum, \* et in saeculum saeculi.

Dignare, Domine, die isto \* sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine, \* miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, \* quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi \* non confundar in aeternum.

V. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus, et superexaltemus eum in saecula.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

## O R E M U S.

Deus, cuius misericordiae non est numerus et bonitatis infinitus est thesaurus: piissimae Majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui potentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

## Preces in diebus Festivis Papalibus.

6 Febr. — d. Electionis Suae Sanctitatis PII  
Papae XI.

12 Febr. — d. Coronationis Suae Sanctitatis  
PII Papae XI.

12 Maj. — d. Onomastica Suae Sanctitatis PII  
Papae XI.

*Enumeratis diebus Celebrans, absoluto Missae  
Sacrificio, intonat Hymnum „Te Deum“, quo finito,  
canit sequentia:*

V. Oremus pro Pontifice Nostro PIO.

R. Dominus conservet eum, et vivificet eum,  
et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum  
in animam inimicorum ejus.

V. Fiat pax in virtute tua.

R. Et abundantia in turribus tuis.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

## O R E M U S.

DEUS omnium fidelium Pastor et Rector,  
famulum tuum PIUM, quem Pastorem Ecclesiae  
tuae praeesse voluisti, propitius respice; da ei,  
quaesumus, verbo et exemplo, quibus praeest,  
proficere, ut ad vitam una cum grege sibi cre-  
dito, perveniat sempiternam. Per Christum Domi-  
num nostrum.

R. Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper no-  
biscum.

R. Amen.

## Preces pro REPUBLICA POLONICA et pro PRAESENTE REIPUBLICAE.

Post Missam solemnem diebus Dominicis  
neonon d. 3 Maji in omnibus Ecclesiis parochia-  
libus, filial. et regul. cantandae.

V. Salvam fac Rempublicam nostram, Do-  
mine.

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.

R. Et filius iniquitatis non nocebit ei.

V. Fiat pax in virtute Tua.

R. Et abundantia in turribus Tuis.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

## O R E M U S.

Defende, quaesumus, Domine, beata Maria,  
semper Virgine, Regina Poloniae et Sanctis no-  
stris Patronis intercedentibus, istam ab omni ad-  
versitate Rempublicam; et toto corde Tibi pro-  
stratam, ab hostium propitiis tuere clementer  
insidiis.

Praetende, Domine, quaesumus, famulo Tuo  
IGNATIO Praesidi Reipublicae dexteram caelestis  
auxilii: ut Te toto corde perquirat et, quae digne  
postulat, assequi mereatur. Per Christum Domi-  
num nostrum.

R. Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper no-  
biscum.

R. Amen.

## Preces in Diebus Festivis Archiepiscopalibus.

7 Febr. — d. Onomastica.

24 Junii — d. Translationis.

30 Novembris — d. Consecrationis.

*Celebrans, absoluto Missae Sacrificio, intonat Hymnum Te Deum, quo finito canit sequentia:*

V. Domine, salvum fac Antistitem nostrum Romualdum.

R. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

V. Fiat pax in virtute tua.

R. Et abundantia in turribus tuis.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

## O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus! miserere famulo Tuo, Antistiti Nostro ROMUALDO et dirige Eum secundum Tuam clementiam in viam salutis aeternae, ut te donante Tibi placita cupiat et tota virtute perficiat. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.



I. N. S S S. T.

ANNUS 1928. (Bissextilis).

„Cantate Domino et benedicite nomini eius, annuntiate de die in diem salutare eius“ Ps. XCV.2.

„Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate“ Ps. CXLIV, 18.

JANUARIUS 31 d.

| Dies<br>mens. | Color et<br>Notae | Officia et Missae   |
|---------------|-------------------|---|
| 1             | A.                | Dom. ( <i>Vacat.</i> ) (M. P.) <b>CIRCUMCISIO DOMINI</b> et <b>Oct. Nativ.</b> , <i>dx. 2 cl.</i> — <b>S.</b> Off. pr. Ll. 1 N. <i>De Ep. ad Rom.</i> c. suis RR. (in <i>Var.</i> ); Mis. pr. Gl. (O. C.) Cr. Prf. et <i>Communic.</i> Nativ.; Vesp. de festo ttm.; Compl. Dom. Doxol. pr. <i>Jesu...</i> usque ad Non. Vig. Epiph. et ad Prim. in R. br. <i>Qui natus.</i> |
| 2             | A.                | F. 2. <b>SS. Nominis Jesu</b> , <i>dx. 2 cl.</i> — <b>S.</b> Off. pr. com. diei Oct. S. Stephani Protom.; Mis. pr. Gl. 2 or. (in priv. ttm.) Oct. S. Stephani Protom. (O. C.) Cr. Prf. Nativ.; Vesp. de festo ttm.; Compl. Dom, <i>Cras prohib.</i> Mis. Vot. et priv. Def.   |
| 3             | A.                | F. 3. <b>Octava S. Joannis* Apost.</b> et <b>Evang.,</b> <i>splx.</i> — <b>Sx.</b> Inv. et Hymn. de festo, AA.  |

J A N U A R I U S.

et Pss. fer. Ll. 1 et 2 *De Epist. ad Rom.* 3 pr.; ad Laud. et Hor. AA. et Pss. fer.; Miss. de festo, Gl. 2 or. B. 3 *Eccl. v.* pro Papa (sine Cr.) Prf. Apost. *Ite Missa est;* in Vesp. AA. et Pss. de fer. a Cap. de seq.; Compl. fer.

Cras prohib. Mis. Vot. et priv. Def.

- 4 R. F. 4. Octava SS. Innocentium Mm., *spx.* —  
**Sx.** Inv. et Hymn. de festo, AA. et Pss. fer. Ll. 1 et 2 *De Epist. ad Rom.* 3 pr.; ad Laud. et Hor. AA. et Pss. fer.; Miss. de festo, Gl. 2 or. B. 3 *Eccl. v.* pro Papa, omitt. Tractus et dic. Grad., *Allel. V.* seq. (sine Cr.) Prf. Nativ. *Ite Missa est;* Vesp. de sequ. AA. et Cap. de Laud. Pss. de Comm. fest. B. M. V. Hymn. *Jesu, Redemptor Vers.* Ant. ad *Magn.* et or. pr., com. S. Telesphori PM.; Compl. Dom.

- 5 A. F. 5. Vigilia Epiphaniae, *privil. 2 cl. De ea, sdx.* — **S.** Off. ut in festo Circumcis. Dom. et pr. l. Ll. 1 N. *De Epist. ad Rom.* „Nihil“ com. SPM.; Mis. pr. Gl. 2 or. SPM. 3 B. (O. C.) Cr. Prf. Nativ. *Ite Missa est;* Vesp. de sequ. ttm.; Compl. Dom. Doxol. pr. *Jesu... qui apparuisti per Oct. et ad Prim. in R. br. Qui apparuisti per tot. Oct.*

Cras cessat lex abstinentiae a carnisibus.

Cras prohib. oo. Missae Vot. etiam de SS. Corde Jesu pro prima fer. VI mensis; per tot. Oct. prohib. Miss. Vot. priv. et Def. absente corp.

Cras collecta pro Missionibus exter.

- 6 A. F. 6. (M. P.) EPIPHANIA DOMINI, *dx. 1 cl. c. Oct. privil. 2 ord.* — **S.** Off. pr.; Mis. pr. Gl. (O. C.) Cr. Prf. et *Communic.*

## JANUARIUS.

pr. per tot. Oct.; Vesp. de festo; Compl. Dom.

Kamionka — Titul. Eccl. *dx. 1 cl. c. Oct.*; Oo. ut per Archidioec.

7 A. Sabb. De 2 die infra Oct. *sdx.* — **S.** Off. ut in festo et pr. l. Ll. 1 N. *De Epist. ad Rom.*; Ant. ad *Bened.* pr.; Mis. de festo Gl. 2 or. B. 3 *Eccl. v. pro Papa (O. C.) Cr. Prf. et Communic.* pr.; Vesp. de sequ. pr. l. com. praec. et Dom.; Compl. Dom. Doxol. pr. *Jesu, tuis obediens ad Compl. et per Horas.*

8 A. DOM. INFRA OCT. ET I POST EPIPH. S. Familiae Jesu, Mariae, Joseph, *dcm.* — **S.** Off. pr. (in antiqu. Brev. Dom. III p. Epiph. pro aliquib. loc.) com. Dom. et Oct. (de 3 d. infra Oct.) ad Prim. in R. br. V. „*Qui Mariae et Joseph subditus fuisti*“; Mis. pr. Gl. 2 or. Dom. 3 Oct. (O. C.) Cr. Prf. et *Cumcommunic.* Oct. et UE. S. Joannis; Vesp. pr. l. com. sequ. (Ant. pr.) et Dom.; Compl. Dom.

9 A. F. 2. De 4 die infra Oct., *sdx.* — **S.** Off. ut in festo et pr. l. Ll. 1 N. *Inc. Ep. I ad Cor.* de Dom. I p. Epiph. R. I *Tria sunt Ll. II et III NN.* pr.; ad *Bened.* Ant. pr.; Mis. de Dom. praec. *In excelso throno* Gl. 2 or. Oct. 3 or. B. (O. C.) Cr. Prf. et *Communic.* Oct.; *Mis. priv. ad lib.* de festo Gl. 2 or. Dom. praec. 3 or. B. (O. C.) Cr. Prf. et *Commun.* Oct.; *In Basil. Metrop.* Mis. Convent. dic. de Dom.; Vesp. de Oct. Ant. ad *Magn.* pr.; Compl. Dom.

10 A. F. 4. De 5 die infra Oct., *sdx.* — **S.** Off. ut in festo et pr. l. Ll. 1 N. *De Ep. I ad Cor. c. RR.* Oct. Ll. II et III NN. pr.;

J A N U A R I U S.

- ad *Bened.* Ant. pr.; Mis. de festo Gl. 2 or. B. 3 or. *Eccl.* v. pro Papa (O. C.) Cr. Prf. et *Communic.* pr.; Vesp. de Oct. Ant. ad *Magn.* pr. com. S. Hygini PM.; Compl. Dom.
- 11 A. F. 5. De 6 die infra Oct., *sdx.* — **S.** Off. ut in festo et pr. l. Ll. 1 N. *De Epist. I ad Cor.* c. RR. Oct. Ll. II et III NN. pr.; ad *Bened.* Ant. pr. com. SPM.; Mis. de festo Gl. 2 or. SPM. 3 or. B. (O. C.) Cr. Prf. et *Communic.* pr.; Vesp. de Oct. Ant. ad *Magn.* pr.; Compl. Dom.
- 12 A. F. 6. De 7 die infra Oct., *sdx.* — **S.** Off. ut in festo et pr. l. Ll. 1 N. *De Epist. I ad Cor.* c. RR. Oct. Ll. II et III NN. pr.; Mis. de festo Gl. 2 or. B. 3 *Eccl.* v. pro Papa (O. C.) Cr. Prf. et *Communic.* Oct.; Vesp. de sequ. (ut in I Vesp. festi) or. pr.; Compl. Dom.
- 13 A. ~~Sabb.~~ Octava Epiphaniae, *d xm.* — **S.** Off. ut in festo et pr. l. Ll. 1 N. *De Epist. I ad Cor.* c. RR. de Oct. Ll. II et III NN. pr.; or. pr.; Mis. pr. Gl. (O. C.) Cr. Prf. et *Communic.* Oct.; in Vesp. com. sequ. (Ant. OD.) et S. Felicis Presb. M.; Compl. Dom.
- 14 A. ~~Sabb.~~ <sup>Epiph.</sup> **T.** *S. Hilarii ECD.*, *dx.* — **O.** (m. t. v.) Ll. 1 N. de Ser. occ. c. RR. de fer. 2 post Dom. I post Epiph. R. 8 *In medio IX l.* et com. SM.; in Mis. Gl. 2 or. SM. Cr. Prf. comm.; Vesp. de sequ. Dom. com. praec. (Ant. OD.) S. Pauli primi Erem. C. et S. Mauri Abb.; Compl. Sabb.
- 15 Vir. ~~DOM.~~ <sup>EPIPH.</sup> *II P. EPIPH.*, De ea, *sdx.* — **D.** Ll. 1 N. *Inc. Ep.* 2 *ad Cor.* c. suis RR. com. SC. et SAbb.; in Mis. Gl. 2 or. SC. 3 or.

## J A N U A R I U S.

|    |           |  |
|----|-----------|--|
|    |           | SAbb. Cr. Prf. Trin.; in Vesp. com. sequ.<br>et SC.; Compl. Dom.   |
| 16 | R.<br>DV. | F. 3. S. Marcelli PM., <i>sdx.</i> — <b>O.</b> Ll. 1 N.<br>de Scr. occ.; Suffr.; Prec. domin.; in Mis.<br>Gl. 2 or. B. 3 or. <i>Eccl.</i> v. pro Papa; Vesp.<br>de sequ. com. praec.; Compl. fer.  |
| 17 | A.        | F. 4. S. Antonii Abb., <i>dx.</i> — <b>O.</b> Ll. 1 N.<br>de Scr. occ. c. suis RR.; in Mis. Gl.;<br>Vesp. de sequ. pr. l. com. S. Pauli Ap.<br>praec. et S. Priscae VM.; Compl. Dom.   |
| 18 | A.        | F. 5. Cathedrae S. Petri * Ap. Romae,<br><i>dxm.</i> — <b>S.</b> Off. de Comm. Conf. Pont. et<br>pr. l. IX l. SVM.; com. S. Pauli Ap. et<br>SVM.; in Mis. Gl. 2 or. S. Pauli Ap. 3 or.<br>SVM. Cr. Prf. App.; in Vesp. com. S.<br>Pauli Ap. sequ. et S. Canuti RM.; Compl.<br>Dom. |
| 19 | R.<br>DV. | F. 6. SS. Marii et Soc. Mm., <i>splx.</i> — <b>Sx.</b><br>Ll. 1 et 2 de Scr. occ. c. suis RR. 3 l. pr.,<br>com. SRM. Suffr.; Prec. domin.; in Mis.<br>Gl. 2 or. SRM. 3 B. Prf. com.; Vesp. de<br>sequ.; Compl. fer.  |
| 20 | R.        | <del>S. F.</del> F. 6. Ss. Fabiani et Sebastiani Mm., <i>dx.</i> —<br><b>O.</b> Ll. 1 N. de Scr. occ.; Mis. pr. Gl.;<br>Vesp. a Cap. de sequ. pr. l. com. praec.;<br>Compl. fer. <i>Dom. Septuagesim</i>   |
| 21 | R.        | <del>Sabb.</del> S. Agnetis * VM., <i>dx.</i> — Ad Mat.<br>oo. pr. l.; ad Laud. Pss. de Dom. rel.<br>pr.; ad Hor. AA. et Pss. de fer.; in Mis.<br>Gl.; Vesp. de Dom. sequ. AA. et Pss. de<br>Sabb. com. praec. et Ss. Vincentii et Ana-<br>stasii Mm. Compl. Sabb.                 |
|    |           | Goniądz — S. Agnetis VM. — Titul. <i>Eccl.</i> , <i>dx.</i><br><i>1 cl. c. Oct. comm.</i> — <b>S.</b> I Vesp. de sequ. Compl.<br>Dom.; Off. de festo, in Mis. Gl. (O. C.) Cr.<br>Prf. Com.; in Vesp. com. sequ Dom. et SsMm.<br>Compl. Dom. Per Oct. com. in Laud. Mis. et         |

J A N U A R I U S.

- Vesp. in Mis. Gl. Cr.; 22 et 23 huj. omit. Suffr. et Prec.; 28 huj. Octava, dxm. — **O.**
- 22 Vir ~~(M. P.) DOM. III P. EPIPH.~~ De ea, sdx. — **D.** Ll. 1 N. Inc. Ep. ad Gal.; com. SsMm. Suffr.; ad Prim. Ps. Confitemini, Beati, Retribue Symb. Prec.; in Mis. Gl. 2 or. SsMm. 3 or. B. Cr. Prf. Trin.; in Vesp. com. sequ. SsMm. et S. Emerentianae VM. Suffr; Compl. Dom. Prec.
- 23 A. F. 3 S. Raymundi de Pennafort C., sdx. — **O.** (m. t. v.) Ll. 1 N. de Scr. occ. c. suis RR. IX l. SVM.; ad Laud. com. SVM. et Suffr.; ad Prim. Prec. domin.; in Mis. Gl. 2 or. SVM. 3 or. B.; Vesp. de sequ. AA. et Pss. fer. com. praec.; Compl. fer.
- 24 R. F. 4 S. Timothei EM., dx. — **O.** Ll. 1 N. de Scr. occ.; in Mis. Gl.; Vesp. de sequ. pr. l. com. S. Petri Apost. et praec.; Compl. Dom.
- 25 A. F. 5 Conversio S. Pauli\* Ap., d xm. — **S.** Off. pr.; in Laud. com. S. Petri Ap.; in Mis. Gl. 2 or. S. Petri\* Cr. Prf. App.; in Vesp. com. S. Petri Ap. et sequ.; Compl. Dom.
- Biała Waka — Titul. Eccl., dx. 1 cl. c. Oct. comm. — **S.** I Vesp. de sequ. com. S. Petri Ap.; Off. pr.; (M. P.) in Mis. Gl. 2 or. S. Petri (O. C.) Cr. Prf. App.; 28 de 4 d. infra Oct. sdx. **O.**; 30 huj. omitt. Suffr. et Prec. — Per tot. Oct. com. in Vesp. Laud. et Mis. Gl. Cr.; 1 Febr. Octava d xm. — **O.** com. S. Ignatii EM.
- 26 R. F. 6 S. Polycarpi EM., dx. — **O.** Ll. 1 N. Inc. Epist. b. Pauli Ap. ad Ephesios c. RR. fer. curr.; in Mis. Gl.; Vesp. a Cap. de sequ. (m. t. v.) Ant. OD. com. praec.; Compl. fer.
- 27 A. ~~30~~ F. 6 S. Joannis Chrysostomi ECD., dx. — **O.** Ll. 1 N. de Scr. occ.; in Mis. Gl. Cr.

J A N U A R I U S.

*exaggerata*

- in Vesp. com. sequ. et S. Agnetis VM.;  
Compl. fer. Doxol. B.
- 28 A. ~~Sabb. De S. Maria in Sabb., splex.~~ — **Sx.**  
DV. Inv. et Hymn. pr. rel. de Sabb. Ll. 1 et  
2 de Ser. occ. RR. *Misericordiam* (in Var.)  
3 l. pr. *Te Deum*; ad Laud. com. SVM.  
et Suffr. pr.; ad Prim. in R. br. *Qui na-*  
*tus* Prec. domin.; in Mis. Gl. 2 or. SVM.  
3 or. de Spir. S. Prf. B. *Et te in venera-*  
*tione, Ite Missa est;* Vesp. de sequ. Dom.  
AA. et Pss. Sabb. com. S. Francisci Sa-  
lesii ECD. (Ant. OD); Compl. Sabb.
- 29 Vir. ~~F2 (M. P.) Dom. IV P. EPIPH.~~ De ea, sdx. — **D.**  
Ll. 1 N. *Inc. Ep. ad Philippens.*; in Laud.  
com. SECD.; ad Prim. Pss. *Confitemini,*  
*Beati, Retribue;* Mis. pr. Gl. 2 or. SECD.  
Cr. Prf. Trin.; in Vesp. com. sequ. et  
SECD. (Ant. OD); Compl. Dom.
- Vilnae — Eccl. Monial. Ord. Visitationis  
BMV.—Titul. Eccl., *dx. 1 cl. c. Oct. Comm.* —  
**S.** I Vesp. de sequ. com. Dom.; in Mis. Gl. 2  
or. Dom. (O. C.) Cr. Prf. Trin. UE. Dom.; Per  
tot. Oct. com. in Vesp. Laud. et in Mis. exc.  
2 Febr.; 5 Febr. *Octava, dxm.* — **O.** com. S.  
Agathae VM.
- 30 R. ~~F. 3~~ S. Martinae VM., sdx. — **O.** Ll. 1  
DV. N. de Ser. occ. c. suis RR.; Suffr.; Prec.  
domin.; in Miss. Gl. 2 or. B. 3 or. *Ecc*  
v. pro Papa; Vesp. de sequ. (m. t. v.)  
com. praec.; Compl. fer.
- 31 A. ~~F. 4~~ S. Petri Nolasci C., *dx.* — **O.** (m.  
t. v.) L. 1 N. *Inc. Ep. b. Pauli Ap. ad*  
*Coloss.*; in Mis. Gl.; Vesp. a Cap. de sequ.  
com. praec.; Compl. fer.

F E B R U A R I U S.

FEBRUARIUS 29 d.

- 1 R. F. 5. S. Ignatii\* EM. dx. — O. L. 1 N.  
de Ser. occ.; Mis. pr. Gl. Prf. comm.;  
Vesp. de sequ. com. praec.; Compl. Dom.  
Doxol. B.

Cras ante Missam sol. benedictio candel. juxta  
rubr. Missalis. In distrib. primo datur Capitular.,  
dein Ministris Missae. Idem Sacerdos,  
qui celebrat Missam, benedit candelas; solus  
Archiepiscopus Ordinarius potest benedicere  
cand., quin postea Missam celebret.—Processio  
fit in col. viol., nisi sit cum SS-mo, tunc  
enim in albo.—Candel. accend. et tenent. in  
proces., ad Evang. et a *Sanctus* ad Commun.—  
In Missa solemni cum Ministris Celebrans ad  
Evang. tenet candel., quam accipit post be-  
nedit. Diaconi et dimit. ante osculum libri.

Cras collecta pro Societate Abstin.

- 2 A. F. 6. (M. P. — f. s.) \*Purificatio BMV.,  
dx. 2 cl. — S. Off. pr.; ad Prim. in R.  
br. *Qui natus*; Mis. pr. Gl. (O. C.) Cr.  
Prf. Nativ.; Vesp. de festo; Compl. Dom.

A Compl. hujus diei usque ad fer. 5 in  
Coena Domini exclus. in fine Off. dic. Ant.  
final. *Ave Regina*.

Cras permitt. Mis. vot. SS. Cordis Jesu pro  
prima fer. VI mensis, ad modum votivae so-  
lemnisi (Gl. or. un. Cr. Prf. Cruc. *Ite Missa est*).

- 3 R. Sabb. S. Blasii EM., splx. — Sx. Ll. 1  
DV. et 2 de Ser. occ. Inc. Ep. I b. Pauli  
*Ap. ad Thess.* de f. 5 praec. 3 l. pr. *Te  
Deum*; Suffr. Prec.; in Mis. Gl. 2 or. *A  
cunctis* 3 or. ad lib.; Vesp. de sequ. (m.  
t. v.); Compl. fer.

- 4 A. Sabb. S. Andreae Corsini EC. dx. — O.  
(m. t. v.) Ll. 1 N. Inc. Ep. 2 *ad Thessal.*  
RR. *Misericordiam* (in Var.); in Mis. Gl.;  
Vesp. de sequ. Dom. AA. et Pss. de

*Quinquagesima*

F E B R U A R I U S.

Sabb. rel. in pr. l. com. praec. et S. Agathae VM. (Ant. pr.), post *Ben. D-no* dic. *Alleluja* (bis); Compl. Sabb.

Ab initio Completorii omittitur *Alleluja* tum in Officio, tum in Mis., ejusque loco initio Horarum post *Deus in adjutorium* dicitur *Laus tibi, Domine* etc., et in Mis. festivis ac votivis post Graduale, omissa *Alleluja* cum Versu, dicitur Tractus.

- 5 Viol. *FI* (M. P.) ~~DOM. SEPTUAGESIMAE~~ 2 cl. De ea, sdx. — **D.** Ad Mat. Inv. *Praeoccupemus* Hymnus *Primo die AA.* et Pss. de Psalt. omitt *Te Deum*; ad Laud. AA. pr. Pss. II sch. rel. pr. l. com. SVM.; ad Prim. Ant. pr. Pss. *Dominus regnavit, Jubilate, Beati, Retribue* (Symb. omitt.) Lbr. *Dominus autem*; ad al. Hor. Ant. pr.; in Mis. 2 or. SVM. (O. C.) Cr. Prf. Trin. *Ben. D-no*; in Vesp. com. sequ. SVM. et S. Dorotheae VM.; Compl. Dom.

Cras ob anniversarium Electionis SS. DD. Nostri Pii Papae XI in oo. eccl. finita Missa cant. *Te Deum* c. precibus ut supra pag. XX.

- 6 A. F. *3* Titi EC., dx. — **O.** (m. t. v.) Ll. 1 N. de Scr. occ. IX l. et com. SVM.; in Mis. Gl. 2 or. SVM. 3 or. pro Papa, Tractus; *in Basil. Metropol.* post Nonam Vot. sol. *de Annivers. Creationis Summi Pont.*, Mis. *Statuit* — inter Mis. votiv. — Gl. or. un. Cr. Prf. Ap.); Vesp. de sequ. (m. t. v.) com. praec.; Compl. fer.

Cras dies *Onomastica Ex-mi III-mi ac Rev-mi Archiepiscopi Ordinarii*. Post Missam *Te Deum* VV. et or. ut supra p. XXII.

- 7 A. F. *3* S. Romualdi Abb., dx. — **O.** (m. t. v.) Ll. 1 N. de Scr. occ.; in Mis. Gl. Tractus; Vesp. a Cap. de sequ. (m. t. v.) comm. praec.; Compl. fer.

F E B R U A R I U S.

- 8 A. F~~54~~ S. Joannis de Matha C., *dx.* — **O.**  
(m. t. v.) Ll. 1 N. de Ser. occ.; in Mis.  
Gl. Tractus; Vesp. a Cap. de sequ. (m.  
t. v.) (Ant. OD.) com. praec. et S. Apollio-  
niae VM.; Compl. fer.
- 9 A. F. 6 S. Cyrilli Alexandr. ECD., *dx.* — **O.**  
(m. t. v.) Ll. 1 N. de Ser. occ. IX l. et  
com. SVM.; in Mis. Gl. 2 or. SVM. Tra-  
ctus Cr.; Vesp. a Cap. de sequ. com.  
praec. (Ant. OD.); Compl. fer.
- 10 A. ~~Sabb.~~ 6. S. Scholasticae V., *dx.* — **O.** Ll. 1  
N. de Scr. occ.; in Mis. Gl. Tractus; Vesp.  
de sequ. pr. l. com. praec.; Compl. Dom.  
Doxol. B. *Quadragesima*
- 11 A. ~~Sabb.~~ Apparitionis BMV. Immaculatae, *dcm.*  
— **S.** Off. pr.; ad Prim. in R. br. *Qui*  
*natus*; in Mis. Gl. Tractus Cr. Prf. B.  
*Et te in Conc. Immacul.*; Vesp. de sequ.  
Dom. AA. et Pss. de Sabb. rel. pr. l.  
com. praec. et Ss. Septem Fund. Ord.  
BMV. Cc.; Compl. Sabb.
- Cras ob annivers. Coronat. SS. DD. N. pii Pa-  
pae XI, quem Deus diu sospitem servet, finita  
Missa *Te Deum* cum VV. et or. ut supra p. XX.
- 12 Viol. F~~2~~ (M. P.) ~~DOM. SEXAGESIMAE~~, 2 cl. De ea,  
*sdx.* — **D.** Inv. et Hymn. ut Dom. praec.; ad  
Laud. AA. pr. Pss. II Sch. Ant. 5 *In*  
*excelsis\** *laudate Deum* (in Var.) com.  
SsCc.; ad Prim. Ant. pr. Pss. *Dominus*  
*regnavit*, *Jubilate*, *Beati*, *Retribue* Lbr.  
*Dominus autem*; ad al. Hor. Ant. pr.; Mis.  
pr. 2 or. Ss. Cc. 3 or. pro Papa (O. C.)  
Cr. Pref. Trin. *Ben.* *D-no*; (in *Basil.*  
*Metropolit.* post Nonam Vot. sol. *de An-*  
*niversario Coronationis Summi Pont.* Miss.  
*Statuit* — inter Mis. votiv. — Gl. or. un.  
Cr. Prf. App. *Ite Missa est* UE. S. Joan-

F E B R U A R I U S.

- nis); Vesp. de Dom. com. Ss. Cc.; Compl. Dom.
- 13 Viol. F. ~~3~~. De ea, *spx.* — **F.** Off. de fer. ut in Psalm. Ll. de Scr. occ. e. suis RR; Ad Laud. Pss. II sch. Cap. et Hymn. de Psalm. I sch. or. Dom. praec. Suffr.; ad Prim. 4 Pss. Cap. *Pacem* Prec. domin. Lbr. *Dominus autem*; Mis. de Dom. praec. 2 or. *A cunctis* 3 or. *Fidelium* 4 or. ad lib. (O. C.) (omitt. Tractus et dic. tant. Grad.). *In Basil. Metropol.* Missa convent. dic. pro Defunct.; Vesp. de sequ. Suffr.; Compl. de fer. Prec.
- 14 R. F. ~~4~~ S. Valentini Presb. M., *spx.* — **Sx.** DV. Ll. 1 et 2 de Scr. occ. 3 pr. *Te Deum*; Suffr.; ad Prim. Prec.; in Mis. Gl. 2 or. *A cunctis* 3 or. ad lib. Tractus; Vesp. de sequ. Suffr.; Compl. fer. Prec.
- 15 R. F. ~~5~~ Ss. Faustini et Jovitae Mm., *spx.* — DV. **Sx.** Ll. 1 et 2 de Scr. occ. 3 pr. *Te Deum*; Suffr.; ad Prim. Prec.; in Mis. Gl. 2 or. *A cunctis* 3 ad lib. Tractus; Vesp. de fer. Ant. ad *Magn.* pr. *Quod autem* or. Dom. praec. Suffr.; Compl. fer. Prec.
- 16 Viol. F. ~~6~~. De ea, *spx.* — **F.** Off. ut in Psalm. DV. Ll. de Scr. occ. e. suis RR; Ad Laud. Pss. II sch. Cap. et Hymn. de Psalm. I sch. Suffr.; ad Prim. 4 Pss. Cap. *Pacem* Prec. domin. Lbr. *Dominus autem*; Mis. de Dom. praec. 2 or. *A cunctis* 3 or. ad lib. (omitt. Tractus et dic. tant. Grad.) Prf. com. *Ben. D-no*; *in Basil. Metropol.* Miss. Conv. dici potest de SS. Euchar. Sacram. sine Gl. 2 or. Dom. 3 or. *A cunctis* sine Cr. Prf. Nativ. *Ben. D-no*; Vesp. de fer. Ant. ad *Magn. Semen est e fer.*

## F E B R U A R I U S.

- 3 praec. or. Dom. praec. Suffr.; Compl. fer. Prec.
- 17 Viol. *Sabb.* De ea, *spx.* — **F.** In Off. oo. ut fer. 5 anteced.; Mis. de Dom. praec. 2 or. *A cunctis* 3 or. ad lib. (omitt. Tractus et dic. tant. Grad.); in *Basil.* *Metrop.* Miss. Conv. dici potest de Passione (c. viol.) sine Gl. 2 or. Dom. 3 or. *A cunctis* sine Cr. Prf. de Cruce *Ben.* *D-no;* Vesp. de sequ. AA. et Pss. de fer. 6, a Cap. de BMV. in Sabb. com. S. Simeonis EM. Suffr. (Ant. *Sancti*); Compl. fer. Doxol. B. Prec. *quadragesima II*
- 18 A. Sabb. *De S. Maria in Sabb.*, *spx.* — **Sx.**  
DV. Off. de Sabb. et pr. l. Ll. 1 et 2 de Scr. occ. c. suis RR. 3 l. pr. pro mense Febr. *Te Deum*; com. SEM. Suffr. pr.; ad Prim. in R. br. *Qui natus* Prec. domin.; Mis. *Salve Gl.* 2 or. SEM. 3 or. de Spir. S. Tractus Prf. B. *Et te in veneratione*; Vesp. de sequ. Dom. AA. et Pss. de Sabb. rel. pr. Suffr.; Compl. Sabb. Prec.
- 19 Viol. *Q2* (M. P.) ~~DOM. QUINQUAGESIMAE~~, 2 cl. De ea, *sdx.* — **D.** Inv. et Hymn. ut Dom. Septuag.; ad Laud. AA. pr. Pss. II sch. Suffr. ad Prim. Ant. pr. Pss. *Dominus, Jubilate, Beati, Retribue* omitt. Symb., et die. Prec.; ad al. Hor. Ant. pr.; Miss. pr. 2 or. *A cunctis* 3 or. ad lib. (O. C.) Cr. Prf. Trin. *Ben.* *D-no;* Vesp. de Dom. Suffr.; Compl. Dom. Prec.
- 20 Viol. *Z*. De ea, *spx.* — **F.** Off. ut in Psalm. Ll. de Scr. occ. c. suis RR.; Ad Laud. Pss. II sch. Cap. et Hymn. de Psalm. I sch. or. Dom. praec. Suffr.; ad Prim. 4 Pss. Cap. *Pacem* Prec. domin. Lbr. *Dominus autem*; Mis. de Dom. anteced. 2

## F E B R U A R I U S.

or. *A cunctis* 3 or. *Fidelium* 4 or. ad lib. (O. C.) (omitt. Tract. et dic. tant. Grad.); *in Basil. Metropol.* Miss. Conv. dici potest pro Def.; Vesp. de fer. ad *Magn.* Ant. *Et qui praeibant* or. Dom. praec. Suffr.; Compl. fer. Prec.

21 Viol.  
DV.

*F. 43. De ea, splx.* — **F.** In Off. et Missa oo. ut fer. 2 anteced.; *in Basil. Metrop.* Mis. Conv. dici potest. de SS. Angelis (col. alb.) Gl. 2 or. Dom. praec. 3 or. *A cunctis* Tract. sine Cr. *Ite Missa est*; Vesp. fer. ut in Psalm. Ant. ad *Magn.* pr. or. Dom. praec. com. Cathedrae S. Petri Antioch. et S. Pauli Ap.; Compl. fer.

**Hodie de sero clauditur solemnitas nuptiarum usque ad Dom. Pasch. inclusive.**

A media nocte *incipit jejunium Quadragesimale.* Ecclesiarum Rectores clare tenentur explicare materiam hanc populo, juxta regulas jejunii in *Codice Juris Can. can.* 1250 — 1254 indicatas, interpret. auth. Comiss. Pontif. de die 29 octobris 1919 anni, ut supra p. IV et juxta consuetudinem regionis nostrae.

Cras Missa votiva, etiam solemnis pro re gravi et de Requie, prohib.; una solemnis in sepultura cadaveris celebrari potest.

Per totam *Quadragesimam* prohibentur Missae votivae privatae et Missae quotidianae lectae pro **Defunctis**, quae permittuntur tantum prima die libera in qualibet hebdomada, quod indicabitur in margine littera **D.** Ad applicandam Missam pro **Defunctis**, Missae lectae de feria in col. viol., exceptis dupl. 1 vel 2 classis, addi potest oratio tertia de tempore, oratio pro Def. ponitur paenultimo loco, secus ultimo, non computando or. imperatam. — In omnib. Eccl. et Cappel. quotidie, except. dupl. 1 et 2 cl. et Dom. ad libitum celebrari possunt Missae privatae de festo cum com. feriae, vel de feria in col. viol. c. com. festi, vel de Vi-

## F E B R U A R I U S.

gilia cum com. festi et fer. et UE. fer. vel Vigil.

Ubi adest obligatio chori, per tot. Quadrages., Dom. excep., duae dicuntur Missae conventuales: una de festo post Tertiam sine com. fer., Pref. Comm. vel pr., altera de fer. sine com. festi; in utrisque UE. S. Joan. Si fiat officium de festo duplici 1 vel 2 cl. Missa conventionalis dicenda est de officio occurrenti post Tertiam, altera de Vig. aut de fer. legitur post Sextam vel post Nonam extra Chorum.

In iisdem feriis, si fiat officium de festo duplici majori, vel minori, vel semiduplici, Missa conventionalis dicitur de feria, altera de officio legitur extra Chorum; si occurrat simplex vel simplificatum, de eo fit com. in sola Miss. de festo; si occurrat Vigilia, de ea fit com. in sola Miss. de feria. In Missa de fer., celebrata ad libitum in festo ritus dupl., omitt. 3 or. de Tempore.

Cras et biduo sequ. Vesperae dicuntur hora consueta post meridiem.—In Off. de Tempore non dicitur *Te Deum* In omnib. Off. sumitur com. fer. — Cessant Octavae particulares locorum usque ad Dom. in Albis.

Flores, vexilla aliaque hujusmodi ornamenta amoventur ab ecclesia; altaria vero lugubre velantur pro toto Quadragesimae tempore. Organa silent in Miss. et Off. Domin. et fer., excepta Dominica 4-a. Ministri Sacri in Basilica Metropolitana et Eccl. Parochialibus non utuntur dalmatica et tunicella excepta Dom. 4-a, sed planetis plicatis; in aliis vero Ecclesiis induunt amictum, albam, cingulum, manipulum et stolam ttm.

Cras ante Missam principalem fit **benedictio** et **impositio cinerum** ex ramis anno praecedenti benedictis, prout in Missali notatur. Ubi plures huic Missae assistere nequeunt, licet summo mane cineres, secundum ordinem Missalis benedictos, iisdem imponere, modo ante Missam principalem benedictio et impositio cinerum non omittatur. Licet etiam in hac tantum feria cineres imponere ante et post quamlibet Missam (imponendo tali modo, Sacerdos non potest sibi cineres imponere).—Finita impositione ciner. fit processio.

## F E B R U A R I U S.

- 22 Viol. F 54 Cinerum, major privileg. (*Abstin. et jejun.*). De ea, *splx.* — **F.** Off. ut in Ordin. et Psalt. Ad Mat. tres ult. Pss. et ad Laud. Pss. II sch. ad *Bened.* Ant. pr. Prec. fer. com. Cath. S. Petri et S. Pauli Ap.; ad Prim. 4 Pss. Prec. fer.; ad oo. Hor. Prec. fer.; Miss. pr. 2 or. Cath. S. Petri 3 or. S. Pauli Ap. (O. C.). Prf. Quadr. (quae dicitur quotidie usque ad Dom. Pass., etiam in Mis. festiv., nisi aliter notetur) or. supra popul. *Ben.* *D-no* UE. Cath. S. Petri; Vesp. de sequ. AA. et Pss. fer. ad *Magn.* Ant. OD. com. Cath. S. Petri Antioch.. S. Pauli Ap. et fer.; Compl. fer.
- 23 A. F. 6 S. Petri Damiani ECD., *dx.* **O.** Ll. I N. *Sapientiam de Comm.* IX l. et com. fer; in Mis. Gl. 2 or. fer. *Tractus Cr.* Prf. Quadrag. UE. fer.; *In Mis. priv.* fer. (c. viol.) 2 or. SECD.; (Mis. Conv. — de fer.); in Vesp. com. fer.; Compl. fer.
- 24 Viol. *Sabb.* Vig. S. Matthiae Ap.\* (de qua nihil in Off.) (*Abstin. et jejun.*) De ea, *splx.* **F.** Off. ut in Psalt. et pr. l.; ad Laud. AA. et Pss. II sch. Cap. Hymn. de I sch. ad *Bened.* Ant. pr. Prec. fer. Suffr.; ad Prim. 4 Pss. Cap. *Pacem* Prec. fer. Lbr. *Dominus autem*; ad oo. Hor. Prec. fer.; Mis pr. 2 or. Vig. 3 or. B. Prf. Quadrag. or. sup. pop. UE. Vig.; *in Mis. priv.* Vig. (c. viol.) 2 or. fer. 3 or. B. UE. fer.; Vesp. de sequ. com. fer.; Compl. Dom.
- III* 25 R. Sabb. (M. P. — f. s.) S. Matthiae Ap.\* *dx.* 2 cl. (*Abstin. et jejun.*) — **S.** Off. de Com. et pr. l. IX l. et com. fer.; in Mis. Gl. 2 or. fer. (O. C.) *Tractus Cr.* Prf. Apost. UE. fer.; in *Basil.* *Metrop.* in cho-ro dicit. Missa de festo sine com. et
- Dom. Quadragesima*

## F E B R U A R I U S.

sine UE. fer.; extra Chorum legit. Mis. de fer. 2 or. *A cunctis* 3 or. *Omnipotens* Prf. Quadr. or. sup. pop.

### Inc. pars Verna Breviarii.

Vesp. hodie et deinceps usque ad Pascha, exceptis Dominicis, dicuntur in choro ante comedionem, quod laudabiliter fit etiam extra chorum. Vesp. de festo com. Dom. sequ.; Compl. Dom. (dicitur hora consueta).

Cras praemon. fideles de abstin. et jejun.  
fer. IV, VI et Sabb. Quat. Temp.

*For 2*  
26 Viol. (M. P.) DOM. I QUADRAGESIMAE, 1 cl. De ea, sdc. — **D.** Ad Mat. Inv. et Hymn. in Ordin. Temp. Quadr.; ad Laud. AA. pr. Pss. II sch. Cap. pr. Hymn. in Ordin. ad *Bened.* Ant. pr. Suffr.; ad Prim. Ant. pr. Pss. *Dominus, Jubilate, Beati, Retribue* Cap. *Regi* Prec. domin.; ad oo. Hor. Ant. pr.; Mis. pr. 2 or. *A cunctis* 3 or. *Omnipotens* (O. C.) Cr. Prf. Quadrag.; Vesp. de Dom. ut in Psalt. et pr. 1. Suffr.; Compl. Dom. Prec.

*Viol.* 27 D. F. *3*. De ea, splx. — **F.** Inv. et Hymn. in Ordin. Temp. Quadrg. Ll. c. suis RR. pr.; ad Laud. AA. et Pss. II sch. Cap. et Hymn. in Ordin. ad *Bened.* Ant. pr. Prec. fer. Suffr.; ad Prim. Ant. in Ordin. 4 Pss. Cap. *Pacem* Prec. fer. Lbr. *Quaerite;* ad oo. Hor. Ant. Cap. et RR. in Ordin. Prec. fer.; Mis. pr. 2 or. *A cunctis* 3 *Omnipotens* Prf. Quadr. or. sup. popul. *Ben. D-no;* Vesp. de fer. Cap. Hymn. et V. in Ordin. Temp. Quadr. Ant. ad *Magn.* pr. Prec. fer. Suffr.; Compl. fer. Prec.

M A R T I U S.

- 28 Viol. F. ~~4~~ De ea, *spx.* — **F.** Oo. in Off. et Mis. ut fer. 2 anteced.  
1. ~~III~~ 29 Viol. F. ~~5~~ Quat. Temp. (*Abstin. et jejun.*) De ea, *spx.* — **F.** Oo. in Off. et Mis. ut fer. 2 praeced.

M A R T I U S 31 d.

- ~~1~~ Viol. F. 5. De ea, *spx.* — **F.** In Off. et Missa oo. ut fer. 2 praeced.  
2 Viol. F. 6. Quat. Temp. (*Abstin. et jejun.*) De ea, *spx.* — **F.** Oo. in Off. et Miss. ut fer. 2 praeced.; (Hodie permittitur Mis. vot. SS. Cordis Jesu pro prima fer. VI mensis ad modum votivae solemnis, ubi peculiaria exercitia pietatis in honorem Div. Cordis mane, approbante loci Ordinario, peraguntur).

Cras Ordines Sacri.

- 3 Viol. Sabb. Quat. Temp. (*Abstin. et jejun.*) De eo, *spx.* — **F.** Oo. in Off. et Mis. ut fer. 2 praeced.; Vesp. de sequ. Dom. AA. et Pss. de Sabb. rel. pr. l. com. S. Lucii PM. Suffr.; Compl. Sabb. Prec. dom.

Cras collecta pro Seminario Archidioecesano.

- 4 Viol. (M.P.) DOM. II QUADRAGESIMAE, 1 cl. De ea, *sdx.* — **D.** Inv. et Hymn. in Ordin. Temp. Quadr.; ad Laud. AA. pr. Pss. II sch. Cap. pr. Hymn. in Ordin. ad Bened. Ant. pr. com. SPM. Suffr.; ad Prim. Ant. pr. Pss. *Dominus, Jubilate, Beati, Retribue* Cap. *Regi* Prec. domin.; ad oo. Hor. Ant. pr.; Mis. pr. 2 or. SPM. 3 or. *A cunctis*, (O. C.) Cr. Prf. Quadr. *Ben. D-no*; Vesp. de seq. ut in Comm. et pr. l. com. Dom.; Compl. Dom.

M A R T I U S.

- 5 A. F. 2. (M. P. — f. s.) S. CASIMIRI RC., Patr. Regni Polon. et Patr. Princ. MDL., *dx. 1 cl.* (sine Oct.) — **S.** Off. de Comm. et pr. l. IX l. et com. fer.; in Miss. Gl. 2 or. fer. (O. C.) Tractus Cr. Prf. Quadr. UE. fer.; Vesp. de festo ut in Comm. et pr. l. com. sequ. et fer.; Compl. Dom.  
Lipniszki, Majewo, Miedniki, Mołodeczno, Mońki, Nowa-Wilejka, Sorokpol, Vilnae-S. Casimiri. — Titul. Eccl. *dx. 1 cl.* (sine Oct.) (M.P.) Oo. ut per Archidioec.
- 6 R. F. 3. Ss. Perpetuae\* et Felicitatis\* Mm., *dx.* — **O.** Ll. I N. *Confitebor c. suis RR.* IX l. et com. fer.; in Mis. Gl. 2 or. fer. Tractus UE. fer.; *in Mis. priv. fer.* (col. viol.) 2 or. Ss. Mm.; (Mis. Conv.—de fer.); Vesp. a Cap. de sequ. (Ant. OD.) com. praec. et fer.; Compl. fer.
- 7 A. F. 4. S. Thomae de Aquino CD., *dx.* — **O.** Ll. I N. *Sapientiam c. suis RR.* IX. l. et com. fer.; in Mis. Gl. 2 or. fer. Tractus Cr. Prf. Quadr. UE. fer.; *in Mis. priv. de fer.* (c. viol.) 2 or. SCD.; (Mis. Conv.—de fer.); in Vesp. AA. et Pss. fer. a Cap. de sequ. com. praec. (Ant. OD.) S. Joannis de Deo C. et fer.; Compl. fer.
- 8 A. F. 5. S. Vincentii Kadłubek EC. Patr. min. princ. *d xm.* — **O.** Ll. I N. *Fidelis sermo c. suis RR.* IX. l. fer.; in Laud. com. SC. et fer; in Mis. Gl. 2 or. SC. 3 fer. Tractus UE. fer.; *In Mis. priv. fer.* (c. viol.) 2 or. SEC. 3 or. SC.; (Mis. Conv.—de fer.); in Vesp. com sequ. SC. et fer.; Compl. fer.
- 9 A. F. 6. (*Abstin. et jejun.*) S. Franciscae Romaniae, Vid., *dx.* — **O.** Ll. I N. *Mulierem c. suis RR.* IX l. et com. fer.; in Mis. Gl. 2 or. fer. Tractus UE. fer.; *In Mis.*

## M A R T I U S.

- priv. fer. (c. viol.) 2 or. S. Vid.; (Mis. Conv. — de fer.); in Vesp. com. sequ. et fer.; Compl. fer.*
- Wawiórka — S. FRANCISCAE VID.** Titul. Eccl. *dx. 1 cl. (sine Oct.) — S.* I Vesp. de sequ. com. fer; Off. de Comm. et pr. l. IX l. et com. fer.; (M. P.) in Mis. Gl. com. fer. (O. C.) Cr. UE. fer.; in Vesp. com. sequ. et fer.; Compl. Dom.
- 10    R.    Sabb. (*Abstin. et jejun.*) Ss. Quadraginta
- D.    Mm., *sdx.* — **O.** Ll. I N. *Fratres debitores* c. suis RR. IX l. fer.; in Laud. com. fer. Suffr.; ad Prim. Prec. domin.; in Mis. Gl. 2 or. fer. 3 or. *A cunctis* Tractus UE. fer.; *In Mis. priv. fer. (c. viol.) 2 or.* SsMm. 3 or. *A cunctis*; (Mis. Conv.—de fer.); Vesp. de sequ. Dom. AA. et Pss. de Sabb. rel. pr. l. com. praec. Suffr.; Compl. Sabb. Prec. (M. P.) **DOM. III QUADRAGESIMAE, 1 cl.**
- 11    Viol.    *De ea, sdx.* — **D.** Inv. et Hymn. in Ordin. Temp. Quadr.; ad Laud. AA. pr. Pss. II sch. Cap. pr. Hymn. in Ordin. ad *Bened.* Ant. pr. Suffr.; ad Prim. Ant. pr. Pss. *Dominus, Jubilate, Beati, Retribue Cap. Regi* Prec. domin.; ad oo. Hor. Ant. pr.; Mis. pr. 2 or. *A cunctis*, 3 or. *Omnipotens* (O. C.) Cr. Prf. Quadr. *Ben. D-no*; Vesp. de Dom. Cap. pr. Hymn. de Ordin. ad *Magn.* Ant. pr. com. sequ. (Ant. OD.); Compl. Dom.
- 12    A.    F. 2. S. *Gregorii I PCD.*, *dx.* — **O.** Ll. I N. *Sapientiam IX. l. et com. fer.*; in Mis. Gl. 2 or. fer. Tractus Cr. UE. fer.; *In Mis. priv. fer. (c. viol.) 2 or.* SPCD.; (Mis. Conv.—de fer.); in Vesp. com. fer.; Compl. fer.
- 13    Viol.    F. 3. *De ea, splx.* — **F.** Off. ut in Ordin. Temp. Quadr. et pr. l.; ad Laud. AA.
- D.

M A R T I U S.

et Pss. II sch. ad *Bened.* Ant. pr. Prec. fer. Suffr.; ad Prim. Ant. in Ordin. 4 Pss. Prec. fer.; ad oo. Hor. Ant. in Ordin. Prec. fer.; in Mis. 2 or. *A cunctis 3 Omnip.* or. sup. popul. *Ben. D-no;* In Vesp. Prec. fer. Suffr.; Compl. fer. Prec. fer.

14 Viol. F. 4. *De ea, splx.* — **F.** Oo. in Off. et Mis. ut fer. 3 anteced.

15 Viol. F. 5. *De ea, splx.* — **F.** Oo. in Off. et Mis. ut fer. 3 praeced.

16 Viol. F. 6. (*Abstin. et jejun.*) *De ea, splx.* — **F.** Oo. in Off. et Mis. ut fer. 3 praeced.; Vesp. de sequ. AA. et Pss. fer. com. fer.; Compl. fer.

17 A. Sabb. (*Abstin. et jejun.*) *S. Patricii EC., dx.* — **O.** Ll. I N. *Fidelis sermo* c. suis RR. IX l. et com. fer.; in Mis. Gl. 2 or. fer. *Tractus UE.* fer.; *In Mis. priv. fer.* (c. viol.) 2 or. SEC.; (Mis. Conv. — de fer.); Vesp. de sequ. Dom. AA. et Pss. de Sabb. rel. pr. l. com. praec. et S. Cyrilli ECD. (Ant. OD.); Compl. Sabb.

In Vesp. hodiern. et cras per totam diem altare ornatur floribus, organum pulsatur, adhiberi potest color *rosaceus* param. et in Mis. sol. Ministri sacri utuntur dalmatica et tunicella.

18 Viol. (M. P.) **DOM. IV QUADRAGESIMAE,** (*Lætare*) 1 cl. *De ea, sdx.* — **D.** Off. ut in Ordin. Temp. Quadr. et pr. l.; ad Laud. AA. pr. Ant. 3 *Me suscepit\* dextera tua Domine* Pss. II sch. com. SECD.; ad Prim. Ant. pr. Pss. *Dominus, Jubilate, Beati, Retribue;* ad al. Hor. Ant. et rel. pr.; in Mis. 2 or. SECD. (O. C.) Cr. Prf. Quadr.; Vesp. de sequ. com. Dom. ttm.; Compl. Dom.

19 A. F. 2. (M. P.—f. s.) *S. Joseph\* Sponsi BMV.,*

M A R T I U S.

Conf., dx. 1 cl. — **S.** Off. pr. IX l. et com. fer.; Mis. pr. Gl. 2 or. fer. (O. C.) Tractus Cr. Prf. pr. *Et te in Festivitate UE.* fer.; (*Prohib. Mis. priv. de fer.*) (Mis. Conv. in Choro de Off.); in Vesp. com. fer.; Compl. Dom.

Borodzienicze, Korwie, Połusze, Szeszole, Vilnae—  
Eccl. S. Joseph in Domo Benefic. et Capella in  
Hospit. Ophthalm. Vilnae, Wołożyn — Titul. Eccl.,  
dx. 1 cl. (sine Oct.) (M. P.) Oo. ut per Archidioec.

*Viol.* F. 3. **D**e ea, *spx.* — **F.** Inv. et Hymn. in Ordin. Temp. Quadr. Ll. c. suis RR. pr.; ad Laud. Pss. II sch. Cap. et Hymn. in Ordin. Ant. ad *Bened.* pr. Prec. fer. Suffr.; ad Prim. Ant. in Ordin. 4 Pss. Cap. *Pacem* Prec. fer. Lbr. *Quaerite*; ad oo. Hor. Ant. Cap. et RR. in Ordin. Prec. fer.; Mis. pr. 2 or. *A cunctis 3 Omnipotens* or. sup. popul. *Ben. D-no*; Vesp. de sequ. com. fer.; Compl. fer.

*A.* F. 4. S. Benedicti Abb., *d xm.* — **O.** Ll. I N. *Laudemus viros* IX. l. et com. fer.; in Mis. Gl. 2 or. fer. Tractus Prf. Quadr. UE. fer.; *In Mis. priv. fer.* (c. viol.) 2 or. SAbb.; (Mis. Conv. — de fer.); In Vesp. com. fer.; Compl. fer.

*Viol.* F. 5. **D**e ea, *spx.* — **F.** Inv. et Hymn. in Ordin. Temp. Quadr. Ll. c. suis RR. pr.; ad Laud. AA. et Pss. II sch. Cap. et Hymn. in Ordin. ad *Bened.* Ant. pr. Prec. fer. Suffr.; ad Prim. Ant. in Ordin. 4 Pss. Cap. *Pacem* Prec. fer. Lbr. *Quae-rite*; ad oo. Hor. Ant. Cap. et RR. in Ordin. Prec. fer.; Mis. pr. 2 or. *A cunctis 3 or. Omnipotens* Prf. Quadr. or. sup. popul. *Ben. D-no*; Vesp. de fer. Cap. Hymn. et V. de Ordin. Temp. Quadr. ad *Magn.*

M A R T I U S.

Ant. pr. Prec. fer. Suffr.; Compl. fer.,  
Prec.

23 Viol. F. 6. (*Abstin. et jejun.*) De ea, *spx.* — **F.** Oo.  
in Off. et in Mis. ut fer. 5 anteced. et pr. l.;  
Vesp. de sequ. pr. l. com. fer.; Compl. Dom.

Cras Ordines Sacri.

24 A. Sabb. (quod dicit. *Sitientes*) (*Abstin. et  
jejun.*) **S.** Gabrielis Arch., *dxm.* — **S.** Off.  
pr. (in antiqu. Breviar. pro aliquib. loc.  
d. 18 martii) IX l. fer.; ad Laud. et Hor.  
Pss. de Dom. com. fer.; Mis. pr. Gl. 2 or.  
fer. Tractus Cr. UE. fer.; *In Mis. priv.*  
Sabb. (c. viol.) 2 or. S. Gabrielis Arch.  
UE. S. Gabr. (Mis. Conv. — de fer.); Vesp.  
de sequ. Dom. AA. et Pss. de Sabb. rel.  
pr. l. com. praec.; Compl. Sabb.

Temp. Passionis et deinceps omittuntur: a) Suffr.  
usque ad decursum Temp. Pasch. b) Psalmus  
*Judica* in Mis. de Tempore, c) *Gloria Patri* etc.  
in omnibus Resp. et Invitatorio Off. de Tempore,  
in Introitu Miss., post Psalmum *Lavabo* et  
ad *Asperges*. — Non omitt. *Gloria Patri* in fine  
Psalmorum per Horas majores et minores.

Ante Vesp. Sabb. Dom. Passionis velandae  
sunt omnes cruces et imagines non tantum Do-  
mini, sed etiam Sanctorum in altaribus et  
per totam ecclesiam. Volutae manent cruces  
usque ad fer. 6 in Parasc. post detectionem  
crucis in Officio, imagines vero usque ad  
*Gloria in excelsis* in Miss. Sabb. Sancti, si  
tunc commode detegi possunt, alias usque  
ad finem Officii ejusdem diei. *Velum* debet  
esse *violaceum*, absque ulla in eo depicta  
cruce vel imagine et tam densum, ne videri  
possint imagines et cruces.

25 Viol. (M. P.) DOM. DE PASSIONE., 1 cl. De ea,  
*sdx.* — **D.** Oo. ut in Ordin. Temp. Passion.,  
Psalt. et pr. l.; ad Laud. Pss. II sch.; ad  
Prim. Ant. pr. Pss. *Dominus, Jubilate,*

M A R T I U S.

*Beati, Retribue, Cap. Regi Prec. domin. Lbr. Faciem; ad oo. Hor. Ant. pr.; in Mis. omit. ps. Iudica, 2 or. Eccl. vel pro Papa (O. C.) Cr. Prf. de Cruce (quae dicitur quotidie usque ad fer. V in Coena Dom. nisi aliter nottr.); Vesp. de sequ. com. Dom.; Compl. Dom. Doxol. B.*

26 A. F. 2. (M. P. — f. s.) **ANNUNTIATIO BMV.**, *dx. 1 cl.* — **S.** Off. pr. IX l. et com. fer.; ad Prim. in R. br. *Qui natus;* Mis. pr. Gl. 2 or. fer. Tractus (O. C.) Cr. Prf. B. *Et te in Annuntiatione UE.* fer.; (Prohib. Mis. priv. de fer.); in Vesp. com. sequ. (Ant. OD.) et fer.; Compl. Dom.

Dobryniew, Grodno—in Eccl. S. Familiae de Nazareth (olim. Brigittanar.) Landwarów, Międzyrzecz, Stare-Troki — Titul. Eccl. — (M. P.) oo. ut per Archidioec.

27 A. F. 3. **S. Joannis Damasceni CD.**, *dx.* — **O.** (m. t. v.) Ll. I N. *Sapientiam c. suis RR.* IX l. et com. fer.; Mis. pr. 2 or. fer. Tractus Cr. Prf. de Cruce UE. fer.; *in Mis. priv. fer.* (c. viol.) 2 or. SCD.; (Mis. Conv. — de fer.); in Vesp. com. sequ. et fer.; Compl. fer.

28 A. F. 4. **S. Joannis a Capistrano C.**, *sdx.* — **D.** (m. t. v.) Ll. I N. *Beatus vir.* IX l. et com. fer.; ad Prim. Prec. domin.; in Mis. Gl. 2 or. fer. Tractus UE. fer.; *In Mis. priv. fer.* (col. viol.) 2 or. SC. (Mis. Conv. — de fer.); in Vesp. com. fer.; Compl. fer. Prec. domin.

29 Viol. F. 5. *De ea, splx.* — **F.** Off. ut in Psalm., Ordinario Temp. Pass. et pr. l.; ad Laud. Pss. II sch. Prec. fer.; ad Prim. Ant. in Ordin. Temp. Pass. 4 Pss. Cap. *Pacem* Prec. fer. Lbr. *Faciem;* ad al. Hor. Ant.

M A R T I U S.

- Cap. et RR. in Ordin. Temp. Pass. Prec. fer.; Mis. pr. omit. ps. *Iudica 2 or. Eccl.* vel pro Papa Prf. de Cruce or. supr. popul.; Vesp. de sequ. ut pr. l. com. fer.; Compl. Dom. Doxol. pr.
- 29 A. F. 6. (*Abstin. et jejun.*) **Septem Dolorum BMV.**, *dxm.* — **S.** Off. pr. IX l. et com. fer.; ad Prim. in R. br. *Qui passus es;* Mis. pr. Gl. 2 or. fer. Tractus Sequentia Cr. Prf. B. *Et te in Transfixione UE.* fer.; *In Mis. priv. fer.* (c. viol.) 2 or. Sept. Dol. BMV. Prf. Cruc. UE. Sept. Dol. BMV. (Mis. Conv.—de fer.); In Vesp. com. fer.; Compl. Dom.
- 30 Viol. Sabb. (*Abstin. et jejun.*) **De eo, splx.** — **F.** Oo. in Off. et Mis. ut fer. 5. praeced.; Vesp. de sequ. Dom AA. et Pss. de Sabb. rel. pr.; Compl. Sabb. Prec.
- Cras et per tot. Hebd. Major. atque Paschal. usque ad Dom. in Albis inclus. *prohib.* Missae votivae vel de Requie, una solum excepta solemni in sepultura cadaveris, quae tamen in Coena Domini, Parasceve, Sabb. S. ac Dom. Paschali celebr. nequit.
- Cras ante Miss. solemn. post. Aspers., accensis 6 candel. in alt., fit Benedictio Palmar. Celebrans omnia cantat aut legit et *Munda cor* dicit in cornu Epist., manibus semper iunctis, etiam ad *D-us vobiscum* et *Oremus*, ad Nom. *Jesu* caput cruci inclinat. Palmas accipientes flect. utr. genu, oscul. prius ramum, dein manum Celebr.; Canonici Archicathedr. palm. accip. ante Diaconum et Subdiaconum Missae stando. Palmae benedictae tenentur manibus in Processione et ad cantum Passionis et Evangelii et quidem hodie tantum.
- In Miss. cum Passionistis *Passio* legitur in cornu Epistolae usque ad finem; in Miss. sive solemni, sive privata, sed sine Passionistis, *Passio* legitur in cornu Evangelii.

A P R I L I S.

APRILIS 30 d.

- 31 Viol. (M. P.) **DOM. IN PALMIS**, 1 cl. *De ea, sdx.*—  
**D.** Off. ut pr. l., in Ordin. Temp. Pass. et Psalt. ad Laud. AA. pr. Pss. II sch.; ad Prim. Ant. pr. 4 Pss. Prec.; ad oo. Hor. Ant. pr.; Mis. pr. omit. ps. *Iudica*, or. unica (O. C.) *Passio* Cr. Prf. de Cruce (in Mis. priv. UE. *Cum appropinquasset ex ritu benedic. palm.*); in Vesp. com. S. Francisci de Paula C.; Compl. Dom.
- 2 Viol. F. 2. Major. *Hebd., privileg., De ea, splx.*—  
**F.** Inv. Hymn. in Ordin. de Temp. Pass. AA. et 9 Pss. de Psalt. Ll. et RR. pr.; ad Laud. AA. pr. Pss. de fer. II sch. Cap. Hymn. et V. in Ordin. Prec. fer. com. SC.; ad Prim. Ant. de Laud. 4 Pss. fer. Cap. *Pacem* Prec. fer.; ad oo. Hor. Ant. de Laud. Pss. fer. Prec. fer.; in Mis. omit. ps. *Iudica* 2 or. SC. (O. C.) Prf. de Cruce or. sup. pop.; Vesp. de fer. ut in Psalt. et Ordin. Temp. Pass. Prec. fer. com. SC.; Compl. fer. Prec.
- 3 Viol. F. 3. Major. *Hebd., privileg., De ea, splx.*—  
**F.** Oo. ut fer. 2 praec. et pr. l.; Mis. pr. 2 or. *Eccl. vel pro Papa* (O. C.) *Passio* or. sup. pop.; Vesp. de fer. Prec. fer. com. S. Isidori ECD. (Ant. OD.); Compl. fer. Prec. fer.
- 4 Viol. F. 4. Major. *Hebd., privileg., De ea, splx.*—  
**F.** Oo. ut fer. 2 praeced. et pr. l. 3 ult. Pss. II sch.; in Laud. 3 et 5 Ant. in *Var.* Pss. II sch. Prec. fer. com. SECD.; ad oo. Hor. AA. pr. Prec. fer.; Mis. pr. omit. ps. *Iudica post Kyrie dic. or. et Proph.* 2 or. SECD. (O. C.) *Passio* or. sup. pop.; Vesp. de fer. Prec. fer. com. SECD.;

## A P R I L I S.

Compl. fer. Prec. Ant. fin. *Ave Regina*,  
quae sequ. triduo omit.

*De S. Vincentio Ferr. C. h. a. nihil.*

Triduo sequ. quaelibet Hora, dictis (quando opus est) *Pater*, *Ave*, *Credo*, incip. absolute: Mat., Laud. et Vesp. a prima Ant., sub qua sign. signo crucis, Hor. min. a Pss. et Compl. a *Confiteor*, in fine oo. Pss. omitr. *Gloria Patri*, conclud. Off. dicendo flex. gen. Ant. *Christus factus*, *Pater noster*, Ps. *Miserere or.* *Respice*, nec quid aliud adjungitur. Matut. Tenebr. anticipatur de sero, ut notatur; ad Primam non legitur Martyrolog., nec dicuntur Preces, quae ejus lectionem sequuntur.

Aqua benedicta tollitur ex vasibus Ecclesiae post denudat. altar. — Post Sacrum sollempne Fer. V. usque ad Miss. Sabb. Sancti non administratur *Sacra Communio* nec publice, nec privatim, nisi infirmis per modum Viatici. — Cras, i. e. in Coena Dom. *Communio Cleri* de pracepto, populi de consilio. Sacerdotes de manu celebrantis S. Com. accipiunt, in civit. archiepiscopali de manu Archiepiscopi. Ad Com. accedunt primo Ministri Miss. sc. Diaconus et Subdiaconus, postea Presbyteri sacris vest. parati, dein Capitulares et Clerus inferior. — In Basil. Metrop. consecr. Olea S., quae Decani statim recipere ac suis condecalibus mittere tenentur, ut benedictio fontis in Sabb. Sancto iam cum novis oleis perficiatur, vel ad minimum in Vigil. Pentec. — Cras ad Miss. crux altaris cooperitur velo albo et crux proces. velo viol. organum adhibetur usque ad *Gloria in exc. inclus.* — Oo. Miss. priv. Votivae, etiam solemn. pro re gravi et de Requiem, etsi praesente cadavere (quod in Eccles. inferre non licet) prohibentur toto triduo sequ. Hoc triduo prohib. exequiae et sepultura solemnis, sed oo. tum in domo Def., tum in Coemeterio dicuntur privatim submissa voce, Sabb. S. ad Vesp. sepelire solemniter licet.

In Miss. solemnii unica cras cantatur solemniter *Gloria*, sub quo pulsant. organ. et cam-

## A P R I L I S.

panae, quae deinceps silent usque ad *Gloria in excelsis* in Sabb. S. In Miss. osculum pacis non datur. Consecrantur tres hostiae — una pro Mis. hodierna, altera pro crastina Miss. Praesanctificatorum, tertia pro expositione in Sepulchro Domini. Hostiae pro die crastino reservandae, ponuntur in calice statim post sumptionem SS. Sanguinis et ante ablutionem digitorum; calix cooperitur palla et patena desuper inversa et velo albo, quod ligatur ad nodum calicis.

Finita Miss. portantur Host. in solem. processione ad Altare Expositionis, decenter ornatum (absque coloribus nigris vel violaceis); excluso qualicumque ornamento lugubri. Hostiae in calice collocantur in capsula seu in tabernaculo ad id parato, quod clauditur, clavis vero traditur Sacerdoti sacram functionem eras celebraturo. In Altari Expositionis SS. Sacram. continuo adorat r. — Hisce peractis recitantur Vesp. in choro, quibus finitis fit denudatio altarium, et Mandatum juxta Missale.

- 5 A. Feria V. In Coena Domini, dx. 1 cl. Oo.  
et pr. l.; ad Laud. AA pr. Pss. de II sch.  
Viol. fer. 5.; ad oo. Hor. Pss. de Dom. rel.  
pr. l.; Mis. pr. omit. ps. *Judica Gl. or.*  
*un. Cr. Prf. de Cruce Communic.* *Hanc igitur et Qui pridie* pr. *Ite missa est;*  
Vesp. pr. l.; ad Compl. Pss. de Dom.  
rel. pr.

Pro die crastina Crux altaris majoris tegitur velo nigro. Ministri ss. utuntur in Basilica Metropolit. et Eccl. Paroch. planetis plicat. nigri coloris, alibi stola ttm. et manip. super albam. A Vesp. hodiernis usque ad finem Litan. in Sabb. S. transeuntes ante crucem altaris majoris debent genuflectere excepto Archiepiscopo, Episcopo, Celebrante parato et Capitularibus, a quibus id ipsum praestandum est feria sexta a crucis detectione usque ad Nonam Sabb. S. inclusive. — Cras omittuntur in choro salutationes et oscula. In Adoratione Crucis pedes ttm. Crucifixi deoscu-

## A P R I L I S.

lantur. Pro adoratione fidelium alia crux in medio Ecclesiae poni potest.

In Mis. Praesanctificatorum oblata incensantur (incensum non benedicitur) more solito, licet Mis. sit sine Diacono et Subdiacono, omittitur tamen specialis incensatio SS-mi Sacram. Post sumptionem S. Hostiae et vini ex calice cum particula consecrata, ponitur altera S. Hostia in Ostensorio, quod obtegitur velo albo sat denso, ut S. Hostia videri nequeat. Quo facto Celebrans iterum colligit particulas in loco, ubi erat haec Hostia et facit more solito ablutionem digitorum observando omnes genuflexiones, ut fit in expositione SS-mi Sacram. His expletis Celebrans deponit casulam et genuflexus in infimo gradu altaris, dicit Vesperas sine cantu. Finitis Vesps. fit processio cum SS-mo Sacr. in Ostensorio collocato ad Sepulchrum. Velum humerale celebrantis in hac processione debet esse album. Deposito SS-mo Sacr. in throno Sepulchri, Celebrans imponit thus et incensat SS-mum Sacr. more solito. Facta brevi oratione in silentio transfertur pyxis cum sacris particulis in Sepulchrum. — In Sepulchro debent ardere saltem sex candelae cereae, noctu vero saltem una lampas cum oleo oliv. fierique debet continua adoratio SS-mi Sacram.

### 6 Nig.

Feria VI. In Parasceve, *dx. 1 cl. (Abstin. et jejun.)* — Off. pr.; ad Laud. Pss. de II sch. fer. 6; ad oo. Hor. Pss. de Dom. rel. pr.; *Passio*, denudatio et adoratio Crucis, procesio ad Altare Expositionis, Missa Praesanctificatorum ut in Missali; Vesps. pr. l.; ad Compl. Pss. de Dom. rel. pr.

### Cras Ordines Sacri.

Communio in Sabbato Sancto inter Miss. sol. et postea distribui et per eandem praecipsum Paschale adimpleri potest.

Ignis, qui e silice excipiend. est et incensum possunt benedici ab alio Sacerdote Mis.

non celebraturo, si talis est consuetudo. — Cereus Paschalis restat penes altare usque ad finem Missae in Ascensione D-ni. Toto hoc tempore Cereus accenditur in Missis et Vesperis solemnibus in omnib. Dominicis, Festis Domini et Sanctorum. Cereus pasch. in processionibus non defertur. — Benedic. fontis baptismalis peragenda est ab ipso Celebrante, Missam hodiernam celebraturo. In regionibus, ubi Cereus paschalis est magnae molis, in benedictione Fontis adhiberi potest alius Cereus minor, dummodo alias fuerit semel benedictus. — Ad omnes caeremon. Sabb. S., excepta Missa, Ministri ss. in Eccles. minor, sine planetis plic., solis albis induti, inserunt. — Evang. cantr. absq. lumine, thus defertur, *Pax* non datur.

In Sabbato Sancto Missae privatae sine speciali indulto non permittuntur (Dec. gen. n. 1822, 1890, 2616, 3).

- 7 Viol. **Sabbatum Sanctum**, *dx. 1 cl.* — Off. ut et in Brev.; ad Laud Pss. II sch. cum cantico *Ego dixi* (de fer. 3.). Post Nonam A. benedictio ignis, Cerei Pasch. (a Diacono vel Sacerdote in dalm. albi col.), prophetiae (in col. viol.), Benedictio font. baptism. (ubi habetur) et Litaniae SS. ut in Missali; Mis. (in col. albo) cum Ps. *Judica Gl.* (sub quo pulsant. campanae et organum ac deteg. imagines altar.) or. un. (O. C.) Prf. Pasch. *In hac potissimum nocte* dein *Communic.* et *Hanc igitur pr. loco.* Post Comm. cant. Vesp. ut in Missali nottr., ad *Ite Missa est* addit. duplex *Alleluja*. — **Incipit Tempus Paschale.** Vesp. extra chorum, dictis *Pater* et *Ave*, incipiuntur ab Ant. *Alleluja* ut in Brev.; Compl. ut pr. l. Ant. final. BMV., *Regina coeli* et deinceps toto Temp. Pasch. quae semper dicitur stando.

## A P R I L I S.

*Hodie post meridiem cessat lex abstinentiae  
et jejunii.*

Per tot. Oct. Paschatis ad *Ite Missa est* in Missa et ad *Benedicamus Domino* in Laud. et Vesp. additur duplex *Alleluja*.

Ab horis vespertinis, ubi adest Sepulchrum, peragitur functio Apertoris Sepulchri sive Resurrectio hoc modo: Celebrans alba et pluviali albi coloris indutus procedit ad Sepulchrum, ibique utroque genu flectens adorat SS. Sacramentum, dein intonat genuflexus Ant. *Gloria Tibi Trinitas* et cant. Pss.; ad orationem stat. Persolutis Pss., VV. et oratione, Celebrans stans imponit incensum et benedicit ilud (quia incensat prius Sepulchrum), postea accepto aspersorio stans triplici ictu aspergit Sepulchrum, quin aspergat SS-mum Sacram., pariter stans triplici ictu incensat Sepulchrum ac promit Crucem et Statuam Resurrectionis at tradit ministris deferendas in processione. Quibus factis genuflectit et more solito incensat SS-mum Sacram. et fit Processio solemnissima.

8 A.

(M.P.) **DOM. PASCHA RESURRECTIONIS D. N.**  
**J. CHR.**, *dx. 1 cl. c. Oct. privileg. 1 ord.* —  
**S.** Off. pr. l.; ad Prim. Pss. de festis; ad Hor. Pss. de Dom. per tot. Oct.; Mis. pr. Gl. (O. C.) Sequentia Cr. Prf. Pasch. *In hac potissimum die* dein *Communicantes* et *Hanc igitur* pr. per Oct.; Vesp. pr. l.; ad Compl. Pss. de Dom. rel. pr.

Toto Temp. Pasch. ad aspersionem aquae dicitur Ant. *Vidi aquam* et Ps. *Confitemini*. — Post distrib. SS. Euchar. extra Missam ad Ant. et V. additur *Alleluja* (quatenus non administratur in param. nigris) et dicitur or. *Spiritum*, ut in Rituali.

**Cras aperitur Solemnitas nuptiarum.**

9 A.

F. 2. (M.P.—f. s.)\* **De II DIE INFRA OCT. PASCHAE**, *dx. 1 cl.* — Oo. ut heri et pr. l.; Mis. pr. Gl. (O. C.) Sequentia Cr. Prf.

A P R I L I S.

*Communic. et Hanc igitur pr.; Vesp. et Compl. de festo.*

**Capitulum vernale.**

- 10 A. F. 3. (M.P.—f. s.)<sup>\*</sup> **DE III DIE INFRA OCT. PASCHAE**, *dx. 1 cl.* — Oo. in Off. et Mis. ut fer. 2 praec. et pr. l.; Vesp. ut in festo et pr. l. com. S. Leonis I PCD. (Ant. OD.); Compl. de festo.
- 11 A. F. 4. **De IV die infra Oct. Paschae**, *sdx.* — Oo. in Off. ut fer. 2 anteced. et pr. l.; com. S. Leonis I Papae CD.; Mis. pr. Gl. 2 or. SPCD. (O.C.) rel. ut in festo; in Vesp. com. SPCD. (Ant. OD.); Compl. ut in festo.
- 12 A. F. 5. **De V die infra Oct. Paschae**, *sdx.* — Oo. in Off. ut fer. 2 praec. et pr. l.; in Mis. Gl. 2 or. *Eccl. v. pro Papa* (O. C.) *Sequentia Cr. Prf. Communic.* et *Hanc igitur* pr.; in Vesp. com. S. Hermenegildi M.; Compl. ut in festo.
- 13 A. F. 6. **De VI die infra Oct. Paschae**, *sdx.* — Oo. in Off. ut fer. 2 praec. et pr. l.; in Laud. com. SM.; in Mis. Gl. 2 or. SM. (O. C.) etc.; in Vesp. com. S. Justini M., S. Hermen. M. et Ss. Tiburtii et Soc. Mm.; Compl. de festo.
- 14 A. **Sabb. in Albis**, *sdx.* — Oo. in Off. ut fer. 2 praec. et pr. l.; in Laud. com. SM. et SsMm.; in Mis. Gl. 2 or. SM. 3 or. SsMm. (O. C.) *Sequentia Cr. Prf. Communic.* et *Hanc igitur* pr.; Vesp. de sequ. Dom. *dx.* ut in Psalt. et pr. com. SM.; Compl. Sabb. ut in Psalt. temp. Pasch.

Ab his Vesp. Doxol. dicitur *Deo Patri et V. in Prim. Qui surrexisti usque ad Vig. Asc.*, nisi aliter notetur. Toto Temp. Pasch.,

A P R I L I S.

exceptis Oct. Paschatis, Ascensionis et Pentecost., omnes Pss. cuiuslib. Noct. dicuntur sub unica Ant., quae in Officiis de Psalterio feriarum desumptis erit *Alleluja* etc., in aliis Officiis erit quae assignatur, vel prima uniuscujusque Nocturni. Item in Officiis de Psalt. desumptis oo. Pss. ad Laud., Horas, Vesp. et Compl. dicuntur sub unica Ant. *Alleluja* ut supra, et loco Suffr. fit Commemor. Crucis, ut in Ordinario notatur. Item toto Temp. Pasch. habetur Commune pr. pro App. et Mm. In aliis Officiis additur *Alleluja* ad Invitator. singulas Ant. VV. et RR. Nocturn. et oo. Hor. et RR. Lectionum, modo jam non habeant. Duplex autem additur *Alleluja* in RR. br. Horarum.— In Mis. additur dupl. *Alleluja* ad Introitum, unum *Alleluja* ad Offertorium et Communione; et omisso Graduali dicitur *Alleluja*, *Alleluja* et VV. ut notatur.

- 15 A. (M. P.) DOM. IN ALBIS et I p. Pasch.,  
1 cl. De ea, *dixi*. — D. Off. ut in Psalt.  
Ordin. Temp. Pasch. et pr. l.; ad Prim.  
Pss. *Confitemini*, *Beati*, *Retribue*; Mis. pr.  
Gl. (O. C.) Cr. Prf. Pasch. *In hoc potissimum* (usque ad Ascents. D-ni etiam in  
festis ss.. nisi aliter notetur); Vesp. de  
Dom. ut in Psalt. et pr. l.; Compl.  
Dom.
- 16 A. F. 2. De ea, *spli*. — F. Off. ut in Psalt.  
et pr. l. temp. Pasch. Ll. *Inc. lib. Act.*  
*Apost.* c. suis RR. *Te Deum*; ad Laud.  
Pss. I sch. ad *Bened.* Ant. pr. com. de  
Cruce; ad Prim. Cap. *Regi* Prec. domin.;  
Mis. de Dom. praec. Gl. 2 or. B. 3 or.  
*Eccl.* v. pro Papa (sine Cr.) Prf. Pasch.;  
in *Basil.* *Metropol.* Missa Convent. dici  
potest de SS. Angelis cum Gl. 2 or. Dom.  
3 or. B. Prf. Pasch. *Ite Missa est*; Vesp.  
de sequ. com. de Cruce; Compl. fer.  
Prec. dom.

## A P R I L I S.

- 17 R. F. 3. S. Aniceti Papae M., *spx.* — **Sx.**  
DV. Ll. 1 et 2 de Scr. occ. c. suis RR. 3 l.  
pr. *Te Deum*; in Laud. com. de Cruce;  
ad Prim. Prec.; in Mis. Gl. 2 or. B. 3 or.  
*Eccl.* v. pro Papa, omitt. Graduale Prf.  
Pasch.; Vesp. de fer. ad *Magn.* Ant. pr.  
or. Dom. praec. com. de Cruce; Compl.  
fer. Prec. domin.
- 18 A. F. 4. *De ea*, *spx.* — **F.** Oo. in Off. et  
DV. Mis. ut fer. 2 praeced. et pr. l.; *in Basil.*  
*Metrop.* Mis. Conv. dici potest de S. Jo-  
seph (c. alb.) vel de SS. App. (c. rub.)  
vel de Titulo sine Gl. 2 or. Dom. 3 or.  
B. sine Cr. Prf. pr. *Ben. D-no.*
- 19 A. F. 5. *De ea*, *spx.* — **F.** Oo. in Off. et  
DV. Mis. ut fer. 2 praec. et pr. l.; *in Basil.*  
*Metrop.* Mis. Conv. dici potest de Spir. S.  
(c. rub.) vel de SS. Euchar. (c. alb.) sine  
Gl. 2 or. Dom. 3 or. B. *Ben. D-no.*
- 20 A. F. 6. *De ea*, *spx.* — **F.** Oo. in Off. et  
DV. Mis. ut fer. 2 praec. et pr. l.; *in Basil.*  
*Metrop.* Mis. Conv. dici potest de S. Cruce  
(c. rub.) vel de Passione (c. viol.) sine  
Gl. 2 or. Dom. 3 or. B. Prf. de Cruce  
*Ben. D-no.*; Vesp. de sequ. ut in Psalm. et  
pr. l. ad *Magn.* Ant. OD.; Compl. fer.
- 21 A. Sabb. S. Anselmi ECD., *dx.* — **O.** Ll. I  
N. de Scr. occ. c. suis RR.; in Mis. Gl.  
omitt. Graduale, Cr.; Vesp. de sequ. Dom.  
Ant. *Alleluja* et Pss. de Sabb. rel. pr. l.  
com. praec. (Ant. OD.) et Ss. Soteris et  
Caji Pp. et Mm.; Compl. Sabb.
- 22 A. (M. P.) **DOM. II P. PASCHA, De ea**, *sdx.* —  
**D.** Off. ut in Psalm. temp. Pasch. et pr.  
l.; ad Laud. com. SsPpMm. et de Cruce;  
ad Prim. Pss. *Confitemini, Beati, Retribue*  
(omitt. Symb.) Prec. domin.; Mis. pr. Gl.

A P R I L I S.

- 2 or. Ss Pp Mm. 3 or. B. Cr. Pref. Pasch.;  
Vesp. de sequ. ut pr. l. com. Dom.;  
Compl. Dom.
- 23 R. F. 2. S. Georgii M., Patroni prim. MDL.,  
*dx. 1 cl. c. Oct. comm.* — **S.** Off. inter  
Patr.; in Mis. Gl. (O. C.) Cr. Prf. Pasch.;  
in Vesp. com. sequ. et S. Fidelis a Sigm.  
M.; Compl. Dom.
- Bielica, Bujwidze, Dubinki, Janów, Nacza, Nowa-  
Ruda, Ossowo, Przełom, Sobotniki, Soleczniki Małe,  
Świranki, Vilnae — Eccl. S. Georgii, Worniany—  
Titul. Eccl. *dx. 1 cl. c. Oct. comm.* (M. P.) Oo.  
ut per Archidioec.
- 24 R. F. 3. S. Adalberti EM., Patr. min. princ.,  
*dxm.* — **O.** Off. inter Patr. Ll. I N. de  
Ser. occ. c. suis RR. IX l. S. Fidelis a  
Sigm. M.; ad Laud. com. SM. et Oct.; in  
Mis. Gl. 2 or. SM. 3 or. Oct. Cr. Prf.  
Pasch.; Vesp. de sequ. ttm.; Compl. Dom.
- Rukojnie, Uhovo—Titul. Eccl. *dx. 1 cl. c. Oct.*  
(M. P.) Off. inter Patr. — **S.** in Laud. com.  
SM.; in Mis. Gl. 2 or. (in priv. ttm. SM.) (O.C.)  
Usque ad d. 1 Maji incl. com. Oct. (exc. 25 et  
26 huj.)
- Crastina die prohibentur Missae privatae  
de Rogationibus.
- Cras post Laud. dict. V. Ben. D-no, omnes,  
qui non intersunt Processioni, in qua cant.  
Lit. lingua latina, tenentur recitare Litan.  
OO. SS. cum precib. et orat., ut in fine Bre-  
viarii, quae nequeunt de sero anticipari.
- In Litan. OO. SS. post invocationem: *Ut*  
*cuncto populo christiano etc. semper addenda*  
*est invocatio: Ut omnes errantes ad unitatem*  
*Ecclesiae revocare et infideles universos ad*  
*Evangelii lumen perducere digneris. Te roga-  
mus, audi nos* (Decr. SRC. 22. III. 1922).
- Cras fit Processio cum Litaniis. — Ubi unus  
est sacerdos et fit Processio, Missa fit de  
S. Joseph 2 or. Rog. etc. ut infra. In Basilica

A P R I L I S.

- Metropolit. et ubi plus quam una sit Missa,  
altera fit de Rogat. (sine Gl. 2 or. B. 3 or.  
Eccl. sine Cr.), altera vero de die curr., ut in  
*Ordine* sine com. Rogat.
- 25 A. F. 4. Litaniae maiores.—Solemnitas S. Joseph Sp. BMV. C. et Eccl. Univ. Patroni, *dx.*  
*1 cl. c. Oct. comm.* — **S.** Off. pr. (in antiqu.  
Breviar. Dom. III p. Pascha et in *Var.*);  
Mis. pr. Gl. 2 or. Rog. (O. C.) Cr. Prf.  
pr. *Et te in Festivitate;* in Vesp. com.  
sequ. et Ss. Cleti et Marcellini Pp. Mm.;  
Compl. Dom.
